2059. — Episcopo Morinen. et abbati monast. s. Genovefe Parisien. ac thesaurario eccl. Ebroicen. mandatur ut *Gaufrido Sapientis*, cler. Rothomagen. dioc., parroch. eccl. de Pontearche, Ebroicen. dioc., que per obitum ext. Rom. cur. Guillelmi vacat, et cujus rectoris presentatio ad abbatem monast. s. Petri de Gemeticis, O.S.B., Rothomagen. dioc., spectat, assignetur, cassis tamen litteris quibus dictus Gaufridus benef. ecclesiast. (si sit c. c.) ad collat. abbatis et conventus monast. s. Trinitatis, Sistaunen. [lege : Cistercien.] ord., Rothomagen. pertinens expectat. (*A.* 153, f. 35).

19 febr. 1363 (XI kal. mart.)

2060. — *Bandessonno de Montelaurentii*, alias *Legaloys*, perp. capell. in eccl. Remen., subdiac., perp. capellania in eccl. Remen., vac. per assecutionem a Johanne de Rancovado canonicatus et prebende eccl. Remen., confertur, non obst. quod canonicatum sub expect. prebende eccl. s. Nutricis Remen. noscatur obtinere. — *In e.m.* abbati monast. s. Remigii Remen., et decano eccl. Sancti Felicis, Tholosan. dioc., ac officiali Remen. (*A.* 152, f. 511').

21 febr. 1363 (IX kal. mart.)

2061. — *Nicolao de Hermondivilla*, decano eccl. Remen., decanatus dicte eccl. Remen. (60 l. par)., qui, II non. febr. (4 febr. 1363), collationi Sed. apost. reservatus, per obitum ext. Rom. cur. Hugonis de Julliaco vac., consideratione Guidonis, episc. Portuen., cujus capell. existit, confertur, non obst. quod canonicatum et prebendam in eccl. Remen. noscatur obtinere, dimissis tamen in s. Symphoriani Remen. eccl. canonicatu et prebenda et, sicut se sponte obtulit, perp. capellania in capella s. Agnetis de Cominio, Leodien. dioc. — *In e.m.* abbati monast. s. Dionisii Remen., et *Monrardo de Martigni*, Laudunen., ac *Petro de Aquila*, Melden. eccl. can. (*A.* 152, f. 164).

Ut s.

2062. — *Durando Joglarii*, can. eccl. b. Marie Portus Claromonten., canonicatus et prebenda dicte eccl. b. Marie Portus, vac. per obitum ap. Sed. apost. Petri de Turre, conferuntur, non obst. quod benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad collat. episcopi et decani ac capituli eccl. Claromonten. pertinens expectat. — *In e.m.* abbati monast. s. Illidii prope Claromontem, et decano s. Agricoli Avinionen., ac preposito Claromonten. eccl. (*A.* 152, f. 236').

Ut s.

2063. — Episcopo Asten. mandatur ut *Raphaeli de Novo de Ast*, can. monast. Mortarien., O.S.A., Papien. dioc., prioratus (c. c.) s. Marie nove, Asten. dioc., dicto monast. immediate subjectus, quem, vac. per assecutionem ab Anthonio de Cantavena prioratus s. Theoderici Januen., O.S.A., Guido, prepositus monast. Mortarien., dicto Raphaeli in XVIII etatis sue anno constituto contulit, assignetur, dummodo prefatus Raphael cum ad etatem aptam pervenerit se ad presbyteratus ord. promoveri faciat. (*A.* 152, f. 287').

Datum *Avenione*

Ut s.

2064. — *Stephano Philippi,* perp. portionario in eccl. s. Marie de Valleoleti, Palentin. dioc., subdiac., in jure can. provecto, canonicatus et prebenda eccl. Palentin., per assecutionem a Johanne Trassati, familiari Nicolai, s. Marie in Via lata diac. card., canonicatus et prebende eccl. Lingonen. vacat., reservantur, non obst. quod parroch. eccl. Sancti Romani antiqui, Astoricen. dioc., noscatur obtinere, dimissa tamen perp. portione in dicta eccl. b. Marie de Valleoleti. — *In e.m.* archidiacono de Paramo, et *Didaco Alvari* ac *Johanni Petri de Sassamon*, can. eccl. Astoricen. (*A.* 152, f. 452).

Ut s.

2065. — *Johanni Corgnaudi,* rect. parroch. eccl. Sancti Cirgii, Magalonen. dioc., presbyt., consideratione Nicolai, s. Marie in Via lata diac. card., cujus familiaris existit, dicta eccl. Sancti Cirgii, vac. per assecutionem a Johanne Grassati canonicatus et prebende eccl. Lingonen., confertur. — *In e.m.* archidiacono Vapincen., et *Johanni de Glotonis,* [Leodien.], ac *Johanni Grassati,* Lincolnien. can. eccl. (*A.* 153, f. 116').

22 febr. 1363 (VIII kal. mart.)

2066. — *Dyonisio Villani,* cler. Rothomagen., mag. in art. et in leg. scolari, canonicatus et prebenda in eccl. b. Marie Casleten., Morinen. dioc., per assecutionem ab Inguerrano de Creki canonicatus et prebende ac cantorie eccl. s. Audomari de Sancto Audomaro, dicte dioc., vacat., reservantur, non obst. quod benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad collat. abbatis et conventus monast. s. Petri de Gemiticis, O.S.B., Rothomagen. dioc., pertinens expectet. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et preposito s. Petri Arien., Morinen. dioc., ac cancellario Parisien. eccl. (*A.* 152, f. 151').

Ut s.

2067. — Mag. *Johanni de Agatinis,* cler. Brixien., canonicatus et prebenda eccl. Veronen., per promotionem Johannis ad eccl. Veronen. vacat., reservantur. — *In e.m.* episcopo Paduan., et abbati monast. s. Marie in Organo Veronen., ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 152, f. 162).

Ut s.

2068. — *Odoni Stulticorinsicis,* can. eccl. s. Petri Puellarum Bituricen., bac. in leg. ac Aurelianis in leg. actu legenti, canonicatus et prebenda dicte eccl. s. Petri Puellarum, vac. per obitum ext. Rom. cur. Johannis Raymundi, in Bituricen. et Lemovicen. civ. et dioc. collectoris, conferuntur. — *In e.m.* episcopo Tutellen., et *Guillelmo de Capis* ac *Guillelmo Radulphi,* can. eccl. Bituricen. (*A.* 152, f. 190).

Ut s.

2069. — *Mariotto,* nato *Francisci Bruni,* can. Florentin., canonicatus et prebenda eccl. Florentin., vac. per obitum ext. Rom. cur. Thome Bini, apost. Sed. capell., conferuntur. — *In e.m.* abbati monast. s. Salvatoris de Florencia, et preposito eccl. s. Stephani de Prato, Pistorien. dioc., ac plebano plebis de Septimo, Florentin. dioc. (*A.* 152, f. 217).

Ut s.

2070. — *Petro Eustachii,* rect., « prior » nuncupato, rur. eccl. de Frontinhano, Carpentoraten. dioc., rur. eccl. s. c. de Frontinhano, « prioratus » nuncupata, quam Hugo de Aptherio per Bernardum Trolhacii, rect. parroch. eccl. b. Marie de Chanis, Albien. dioc., in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. et Sed. apost. camerarii, resignavit, ratione permutationis cum dicto Hugone canonicatus et prebende eccl. Sancti Remigii, Avinionen. dioc., que prefatus Petrus e.m. per Nicolaum Cortesii, can. Anicien., resignavit, confertur, cassis tamen litteris quibus benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad archiepiscopi Aquen. collat. pertinens expectat. — *In e.m.* priori s. Firmini de Montepessulano, Magalonen. dioc., ac s. Petri et s. Agricoli Avinionen. decanis eccl. (*A.* 152, f. 300).

Datum *Avenione*

Ut s.

2071. — Officiali Trecen. mandatur ut *Guillelmo de Monstelleto,* priori claustrali monast. Arremaren., O.S.B., Trecen. dioc., prioratus de monast. in Insula, O.S.B., Lingonen. dioc., a dicto monast. Arremaren. dependens, per promotionem Guillelmi ad gubernationem monast. Besnen., O.S.B., Lingonen. dioc., vacat., reservatur, dimisso tamen prioratu claustrali dicti monast. Arremaren. (*A.* 152, f. 567).

Ut s.

2072. — *Gilberto Boulent,* perp. vicario in eccl. s. Silvani de Leproso, Bituricen. dioc., presbyt., perp. vicaria s. c. in dicta eccl. s. Silvani, vac. per obitum ext. Rom. cur. Johannis Raymondi, in Bituricen. et Lemovicen. civ. et dioc. collectoris, confertur, non obst. quod parroch. eccl. de Breseriis, Ebredunen. dioc. (20 fl. a.), noscatur obtinere. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Guillelmo de Capis,* can. Bituricen. eccl., ac officiali Bituricen. (*A.* 153, f. 29').

Ut s.

2073. — Episcopo Pampilonen. mandatur ut *Alexandro Gaudin,* rect. parroch. eccl. de Nidocorvi, Constantien. dioc., consideratione Johanne, regine Navarre, cujus capell. existit, canonicatus sub expect. prebende eccl. s. Johannis Andegaven. assignetur, non obst. quod dictam eccl. de Nidocorvi noscatur obtinere. (*A.* 153, f. 167').

Ut s.

2074. — *Simoni de Turgotuito,* can. eccl. s. Martini Turonen., mag. in art., qui per duos annos in jure civ. studuit et in jure can. de proximo legere paratus existit, canonicatus eccl. s. Martini Turonen. cum reserv. prebende assignatur, non obst. quod decanatum rur. Pissiacen., Carnoten. dioc. (n. t.), noscatur obtinere. — *In e.m.* abbati monast. [s.] Genovefe Parisien., et decano [eccl.] s. Agricoli Avinionen., ac officiali Parisien. (*A.* 153, f. 179).

23 febr. 1363 (VII kal. mart.)

2075. — Officiali Gebennen. mandatur ut *Petro de Sancto Jorio,* persone personatus de Ballesone, Gebennen. dioc., in grammaticalibus bene instructo, Alamandi, episc. Gebennen., nepoti, canonicatus et prebenda eccl. Gebennen., vac. per obitum ap. Sed. apost. Johannis de Seduno, litterarum apost. scriptoris, assignentur, non obst. quod personatum de Ballesone (100 s. geb.) noscatur obtinere. (*A.* 152, f. 117).

Ut s.

2076. — *Simoni de Ortis,* priori prioratus s. Marie Cabilonen., O.S.B., presbyt., dictus prioratus s. Marie (60 l. t.), a monast. s. Benigni Divionen., O.S.B., Lingonen. dioc., dependens, vac. per obitum ap. Sed. apost. Bernardi, s. Eustachii diac. card., confertur. — *In e.m.* abbati monast. Firmitatis, Cabilonen. dioc., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Cabilonen. (*A.* 152, f. 216).

Ut s.

2077. — *Johanni de Ruppeforti,* priori secul. et collegiate eccl. b. Marie de Graciaco, Bituricen. dioc., prioratus dicte eccl. b. Marie de Graciaco, vac. primo per obitum ext. Rom. cur. Johannis de Veyraco, apost. Sed. capell., postea per recusationem provisionis a Guillelmo Juliani, cler. perp. beneficiato in eccl. Claromonten., licent. in art., factam, confertur, dimissis tamen canonicatu et prebenda eccl. b. Marie de Salis Bituricen. — *In e.m.* decano Aurelianen., et *Ademaro de Veyraco,* can. Bituricen. eccl., ac officiali Bituricen. (*A.* 152, f. 222).

24 febr. 1363 (VI kal. mart.)

2078. — Episcopo Nitrien. mandatur ut *Demetrio Petri,* can. Quinqueecclesien., prepositura eccl. Agrien., per promotionem Johannis ad eccl. Vachien. vacat., consideratione Ludovici, regis Ungarie, cujus thesaurarius existit, reservetur, non obst. quod in eccl. Quinqueecclesien. canonicatum et prebendam noscatur obtinere. (*A.* 152, f. 185').

Ut s.

2079. — *Gosvino Hacke de Lobide,* perp. capell. perp. capellanie s. Pauli in eccl. Leodien., dicta capellania s. Pauli (46 fl. a.), vac. per obitum ap. Sed.

Datum *Avenione*

apost. Theoderici Moerken de Xanctis, confertur, non obst. quod benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad episcopi Trajecten. collat. pertinens, auctoritate litterarum apost. in f. paup., expectat. — *In e.m.* Trajecten. et s. Agricoli Avinionen. ac s. Dionysii Leodien eccl. decanis. (*A.* 152, f. 200').

Ut s.

2080. — *Therrico de Portu,* priori prioratus b. Marie de Novocastro, O.S.B., Tullen. dioc., presbyt., dictus prioratus b. Marie, vac. per promotionem Johannis ad gubernationem monast. s. Mansueti extra muros Tullen., O.S.B., confertur. — *In e.m.* abbati monast. s. Apri extra muros Tullen., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Tullen. (*A.* 152, f. 284).

Ut s.

2081. — *Petro Tornamira,* rect. rur. eccl. Sancti Romani et Sancti Saturnini invicem canonice unitarum, Magalonen. dioc., parroch. eccl. de Boscato, Ruthenen. dioc., per assecutionem a Petro Seygnoreti decanatus eccl. Turonen. vacat., reservatur, dimissis tamen dictis eccl. Sancti Romani et Sancti Saturnini. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Guillermo Ratherii,* can. Ruthenen. eccl., ac officiali Ruthenen. (*A.* 152, f. 534').

25 febr. 1363 (V kal. mart.)

2082. — *Guillelmo Bar de Engolisma,* can. Engolismen., in jure can. scolari, canonicatus et prebenda eccl. Engolismen., vac. per promotionem Helye ad eccl. Engolismen., conferuntur, non obst. quod parroch. eccl. de Ecciis, Pictaven. dioc., noscatur obtinere, dimissa tamen in prefata eccl. Engolismen. perp. capellania. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et precentori Vicen., ac *Guidoni de Caturco,* can. Xanctonen. eccl. (*A.* 152, f. 291).

26 febr. 1363 (IV kal. mart.)

2083. — *Symoni de Panicciis de Bulgaro,* primicerio eccl. Pisan., primiceriatus cum canonicatu et prebenda dicte eccl., vac. per obitum ext. Rom. cur. Thome de Saltarellis, Sed. apost. capell., consideratione Francisci, archiepisc. Pisan., confertur, non obst. quod hospitale domus s. Lazari Pisan. noscatur obtinere. — *In e.m.* episcopo Tergestin., et abbati monast. s. Pauli ad Ripam Arni Pisan., ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 152, f. 189).

1 (kal.) *mart. 1363*

2084. — *Raymundo de Cornilhis,* priori prioratus de Robiaco, O.S.B., Uticen. dioc., dictus prioratus de Robiaco, a monast. s. Egidii, O.S.B., Nemausen. dioc., dependens, vac. per assecutionem a Seguino Helie prioratus de Lautrico, O.S.B., Castren. dioc., confertur, cum translatione de monast. de Carennaco, Clun. ord., Caturcen. dioc., ad dictum monast. s. Egidii, dimisso tamen officio cantorie dicti monast. de Carennaco. — *In e.m.* abbati monast. Mansi Gravesii, Tholosan. dioc., et decano, ac *Gauberto de Vayraco,* can. eccl. Claromonten. (*A.* 152, f. 285).

2 (VI non.) *mart. 1363*

2085. — *Andruyno,* tituli s. Marcelli presbyt. card., canonicatus cum reserv. prebende et archidiaconatus de Avalone in eccl. Eduen., vac. per obitum ext. Rom. cur. Thome de Diciaco et collationi apost. Sed., XIII kal. febr. (20 jan. 1363), reservati, conferuntur, non obst. quod ord. Clun. professor existat et quod alia benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) noscatur obtinere, dimisso tamen prioratu s. Marie prope muros Cabilonen., O.S.B.— *In e.m.* episcopo Cabilonen., et preposito eccl. Praten., Pistorien. dioc., ac officiali Avinionen. (*A.* 152, f. 133).

Ut s.

2086. — *Berengario Desendo,* presbyt., perp. beneficiato in eccl. Barchinonen., canonicatus et prebenda ac ebdomadaria eccl. Barchinonen., per assecutionem a Petro Alquiximi canonicatus et prebende dicte eccl. vacat., consideratione episcopi et capituli Barchinonen., reservantur, dimisso tamen, sicut se sponte obtulit, perp. benef. s. c. in dicta eccl. — *In e.m.* abbati s. Cucuphatis Vallen.,

Datum *Avenione*

Barchinonen. dioc., et priori s. Eulalie de Campo, per priorem soliti gubernari, monast., ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 152, f. 213).

Ut s.

2087. — *Roberto Jaquini de Chasuto*, cler. Lingonen. dioc., canonicatus et prebenda eccl. s. Symphoriani Remen., per assecutionem a Nicholao de Hermondivilla decanatus eccl. Remen. vacat., reservantur, dummodo resideat personaliter in dicta eccl. s. Symphoriani. — *In e.m.* episcopo Morinen., et abbati monast. s. Nichasii [Remen.], ac decano eccl. Remen. (*A.* 152, f. 220).

Ut s.

2088. — *Guillelmo Fabri*, rect. parroch. eccl. de Leventies, Attrebaten. dioc., dicta eccl. de Leventies, vac. per assecutionem a Michaele Dameree parroch. eccl. de Barco, Ebroicen. dioc., confertur, dimissa tamen perp. capellania in eccl. Ebroicen., de qua ab Innocentio PP. VI provisus fuit, si eam interim assequatur, et cassis litteris quibus benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad collat. episcopi Bajocen. pertinens expectat. — *In e.m.* abbati monast. s. Genovefe Parisien., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Attrebaten. (*A.* 152, f. 228').

Ut s.

2089. — *Symoni Heraudi*, rect. parroch. eccl. de Sancto Mim[m]io, Remen. dioc., dicta eccl. de Sancto Mim[m]io, vac. per obitum ap. Sed. apost. Michaelis Bovini, Guidonis, episc. Portuen., capell., consideratione dicti Guidonis, cujus familiaris domesticus existit, confertur, cassis tamen litteris quibus benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad collat. episcopi Laudunen. pertinens expectat. — *In e.m.* episcopo Morinen., et abbati monast. s. Nichasii Remen., ac decano eccl. Remen. (*A.* 152, f. 234).

3 (V non.) *mart.* *1363*

2090. — *Bernardo de Brugarolis*, can. Urgellen., canonicatus et prebenda eccl. Urgellen., vac. per obitum ext. Rom. cur. Gisperti Alberici, consideratione Guillelmi, tituli s. Laurentii in Lucina presbyt. card., cujus familiaris existit, conferuntur. — *In e.m.* abbati monast. b. Marie Gerren., Urgellen. dioc., et decano Sancti Felicis, Tholosan. dioc., ac archidiacono Agennen. eccl. (*A.* 152, f. 113').

Ut s.

2091. — *Johanni Grionis*, rect. parroch. eccl. de Gramato, Caturcen. dioc., dicta eccl. de Gramato, vac. per resignationem quam in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac Sed. apost. camerarii, Johannes [de] Berghono fecit, ratione permutationis cum dicto Johanne perp. vicarie parroch. eccl. de Maurou, Caturcen. dioc., quam prefatus Johannes Grionis e. m. resignavit, confertur, non obst. quod prioratum secul. s. c. et non collegiate eccl. de Ponte, Ruthenen. dioc., noscatur obtinere. — *In e.m.* decano s. Agricoli, et preposito Majoris Avinionen. eccl., ac officiali Ruthenen. (*A.* 152, f. 128').

Ut s.

2092. — *Bernardo de Manso Bernardo*, rect. parroch. eccl. s. Petri de Sala, Nemausen. dioc., presbyt., dicta eccl. s. Petri, vac. per resignationem quam in manibus Urbani PP. V Bernardus de Sancto Stephano fecit, confertur, dimissa tamen capella s. Petri de Penditio, Mimaten. dioc. (10 l. t.). — *In e.m.* Avinionen. et Uticen. episcopis, et abbati monast. Psalmodien., Nemausen. dioc. (*A.* 152, f. 161').

Ut s.

2093. — *Alexandro* dicto *Ghodrant*, can. Osnaburgen., canonicatus et prebenda Osnaburgen., vac. per resignationem quam per Johannem de Lesinova, can. s. Willehadi Bremen. eccl., in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac Sed. apost. camerarii, Cristianus Delmenhorst fecit, ratione permutationis cum dicto Cristiano canonicatus et prebende Wildeshusen. eccl., Osnaburgen. dioc., que prefatus Alexander e. m. per Conradum Hologe, can. eccl. s. Johannis Osnaburgen., resignavit, conferuntur, non obst. quod in prefata Wildeshusen. deca-

Datum *Avenione*

natum et capellam b. Nicolai et in Angarien. eccl., dicte dioc., canonicatum et prebendam noscatur obtinere. — *In e.m.* abbati monast. in Iborch, Osnaburgen. dioc., et s. Agricoli Avinionen. ac s. Johannis Osnaburgen. eccl. decanis. (*A.* 152, f. 180).

Ut s.

2094. — *Cristiano Delmenhorst*, can. eccl. Wildeshusen., Osnaburgen. dioc., canonicatus et prebenda dicte eccl. Wildeshusen., vac. per resignationem quam in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac Sed. apost. camerarii, per Conradum Hologe, can. eccl. s. Johannis Osnaburgen., Alexander dictus Ghodrant fecit, ratione permutationis cum dicto Alexandro canonicatus et prebende Osnaburgen., que prefatus Cristianus e. m. per Johannem de Lesinova, can. s. Willehadi Bremen. eccl., resignavit, conferuntur, non obst. quod canonicatum et prebendam ac archidiaconatum Rustringe in eccl. Bremen. noscatur obtinere. — *In e.m.* abbati monast. in Huda, Bremen. dioc., et preposito Repesholten Bremen., ac decano s. Petri Avinionen. eccl. (*A.* 152, f. 180').

Ut s.

2095. — *Hanrico de Blancis de Vellate*, can. Sedunen., canonicatus et prebenda eccl. Sedunen., vac. per resignationem quam per Anthonium de Vellate, can. [eccl.] Sancti Juliani in Strata, Sedunen. dioc., in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac Sed. apost. camerarii, Franciscus de Vellate fecit, ratione permutationis cum dicto Francisco officii diaconatus in eccl. s. Marie in Monte ac canonicatus et prebende in eccl. s. Petri de Clivio, Mediolanen. dioc., que e. m. per Ludovicum de Blancis de Vellate, cler. Sedunen. dioc., prefatus Hanricus resignavit, conferuntur, non obst. quod eccl. (c. c.) s. Marie Secrete Mediolanen. et in ss. Protasii et Gervasi de Seviso, Mediolanen. dioc., canonicatum et prebendam, ac in s. Marchi unum et in s. Petri Tusculani Brixien. eccl. aliud perp. benef. simplicia noscatur obtinere. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., ac preposito s. Victoris de Varixio, Mediolanen. dioc., ac archidiacono Januen. eccl. (*A.* 152, f. 196').

Ut s.

2096. — *Francisco de Vellate*, can. eccl. s. Petri de Clivio, Mediolanen. dioc., canonicatus et prebenda dicte eccl. s. Petri de Clivio, vac. per resignationem quam in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac Sed. apost. camerarii, per Ludovicum de Blancis de Vellate, cler. Sedunen. dioc., Hanricus de Blancis de Vellate fecit, ratione permutationis cum dicto Hanrico canonicatus et prebende Sedunen. eccl., que e. m. per Anthonium de Vellate, can. eccl. Sancti Juliani in Strata, Sedunen. dioc., prefatus Franciscus resignavit, conferuntur, non obst. quod in eccl. de Carnate, Mediolanen. dioc., canonicatum et prebendam noscatur obtinere. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et preposito s. Victoris de Varixio, Mediolanen. dioc., ac archidiacono Mediolanen. eccl. (*A.* 152, f. 197').

Ut s.

2097. — *Friderico de Vodio*, can. Tullen., parroch. eccl. de Pangneyo, Tullen. dioc., necnon canonicatus et prebenda eccl. Tullen., vac. per resignationem quam in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac pape camerarii, per mag. Gerardum Xendeti, scriptorem pape, Johannes de Trecis fecit, ratione permutationis cum dicto Johanne in Tullen. et b. Catherine in parroch. de Vodio, Tullen. dioc., eccl. capellaniarum perp. ac de Vrovilla necnon de Miricuria parroch. eccl., quarum una dependet ab altera, Tullen. dioc., quas prefatus Fridericus e. m. per se resignavit, conferuntur. — *In e.m.* abbati monast. s. Mansueti extra muros Tullen., ac decano eccl. s. Petri Avinionen., ac officiali Tullen. (*A.* 152, f. 201).

Datum *Avenione*

Ut s.

2098. — *Johanni de Trecis,* rect. parroch. de Vrovilla et de Miricuria eccl., quarum una dependet ab altera, Tullen. dioc., dicte eccl. de Vrovilla et de Miricuria necnon in Tullen. et b. Catherine in parroch. de Vodio, Tullen. dioc., eccl. capellanie, vac. per resignationem quam in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac pape camerarii, Fridericus de Vodio fecit, ratione permutationis cum dicto Friderico canonicatus et prebende eccl. Tullen. necnon parroch. eccl. de Pangneyo, Tullen. dioc., que prefatus Johannes e. m. per mag. Gerardum Xendeti, scriptorem pape, resignavit, conferuntur. — *In e.m.* abbati monast. s. Mansueti extra muros Tullen., et decano eccl. s. Petri Avinionen., ac officiali Tullen. (*A.* 152, f. 202').

Ut s.

2099. — *Johanni Talhandi,* can. b. Marie de Graciaco, Bituricen. dioc., canonicatus et prebenda b. Marie de Graciaco, vac. per resignationem quam in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac Sed. apost. camerarii, Aymo de Hasta fecit, ratione permutationis cum dicto Aymone perp. capellanie in eccl. Sancti Andioli, Avinionen. dioc., ac prioratus secul. ac rur. et non collegiate de Blancaforti, Forojulien. dioc., eccl., que prefatus Johannes e. m. resignavit, conferuntur, non obst. quod parroch. eccl. de Adone, Senonen. dioc., et perp. capellaniam in eccl. de Ruppemaura, Avinionen. dioc., noscatur obtinere. — *In e.m.* episcopo Convenarum, et decano eccl. s. Petri Avinionen., ac officiali Bituricen. (*A.* 152, f. 227).

Ut s.

2100. — *Antonio Masalarii,* perp. capell. in parroch. eccl. de Palaciolo, Elnen. dioc., perp. capellanie in de Palaciolo una et in de Calmasella parroch. eccl., Elnen. dioc., alia, « prestimonium » appellate, vac. per resignationem quam Bonanatus de Armadans in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac camerarii pape, fecit, ratione permutationis cum dicto Bonanato altaris s. Thome, « Cantuarien. » appellati, siti in eccl. Barchinonen., quod prefatus Antonius per Franciscum de Tarrats, cler. Gerunden. dioc., e. m. resignavit, conferuntur, non obst. quod in eccl. Gerunden. perp. sacerdotale benef. et in dioc. Gerunden. perp. capellaniam, « prestimonium » appellatam, noscatur obtinere. — *In e.m.* s. Agricoli Avinionen., et s. Audomari de Sancto Audomaro, Morinen. dioc., eccl. decanis, ac officiali Elnen. (*A.* 152, f. 250).

Ut s.

2101. — Mag. *Johanni Robinelli,* can. Pictaven., capell. pape et causarum Palatii apost. auditori, mandatur ut *Pichioso de Tavianis,* can. eccl. s. Johannis Forcivi[ta]te Pistorien., de nobili genere nato et in divinis officiis ac in letteratura experto, prepositura cum canonicatu et prebenda Majoris eccl. Pistorien. — quam prepositurarn, vac., ut reputaretur, per obitum ext. Rom. cur. Jacobi Seraphini, qui pro preposito dicte eccl. se gerebat, capitulum prefate eccl. Pistorien. dicto Pichioso contulerat, sed postea, suggerente Arrigo, nato qd. Johannis Donati, cler. Pistorien. dioc., Egidius, episc. Sabinen., tunc in partibus illis apost. Sedis legatus, priori secul. eccl. s. Marie de Alliana, Pistorien. dioc., mandaverat ut ipsa dicto Arrigo conferretur ; subsequenter vero dicto Arrigo ab Innocentio PP. VI de dicta prepositura proviso, litteris apost. tamen non confectis, assertum fuit dictum Arrigum ydoneum non esse et dictam prepositurarn non per mortem dicti Jacobi sed per obitum ext. Rom. cur. Accursi Rolandini de Massa vac. esse, dictis electione, confirmatione ac impetratione sic non substientibus —, consideratione Helie, tituli s. Stephani in Celiomonte presbyt. card., conferatur, non obst. quod dictus Pichiosus canonicatum et prebendam seu portionem in dicta eccl. s. Johannis noscatur obtinere. (*A.* 152, f. 259').

Datum *Avenione*

Ut s.

2102. — *Bonanato de Armadans*, rect. altaris s. Thome, « Cantuarien. » appellati, siti in eccl. Barchinonen., dictum altare s. Thome Cantuarien., vac. per resignationem quam per Franciscum de Tarrats, cler. Gerunden. dioc., in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. atque camerarii pape, Antonius Masalarii fecit, ratione permutationis cum dicto Antonio perp. capellaniarum, « prestimonium » nuncupatarum, in de Palaciolo et in de Calmasella, Elnen. dioc., parroch. eccl., quas prefatus Bonanatus e. m. per se resignavit, confertur, non obst. quod parroch. eccl. de Premano, Barchinonen. dioc., noscatur obtinere. — *In e.m.* decano eccl. s. Agricoli Avinionen., et Elnen. ac Barchinonen. officialibus. (*A.* 152, f. 338').

Ut s.

2103. — *Theodrico* dicto *Gluman*, can. eccl. s. Crucis Northusen., Maguntin. dioc., canonicatus et prebenda (una de minoribus) dicte eccl. s. Crucis, in qua majores et minores prebende existunt, ac perp. vicaria in altari s. Sebastiani sito in eccl. s. Blasii Northusen., dicte dioc., que Fredericus de Scherenbergh in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac camerarii pape, resignavit, ratione permutationis cum dicto Frederico canonicatus et prebende (una de majoribus) in dicta eccl. s. Crucis, que, vac. per obitum ext. Rom. cur. Theodrici Mulonis, Theodricus Gluman obtinuit, et, possessione nondum habita, e. m. resignavit, conferuntur. — *In e.m.* abbati monast. in Walkenriden, Maguntin. dioc., et preposito s. Sixti Merseburgen., ac decano s. Agricoli Avinionen. eccl. (*A.* 152, f. 340).

Ut s.

2104. — *Frederico de Scherenbergh*, can. eccl. s. Crucis Northusen., Maguntin. dioc., presbyt., canonicatus et prebenda (una de majoribus) dicte eccl. s. Crucis, in qua majores et minores prebende existunt, vac. per resignationem quam fecit per Hildebrandum, rect. parroch. eccl. s. Jacobi Northusen., dicte dioc., in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac camerarii pape, Theodricus dictus Gluman — qui ipsa, vac. per obitum ext. Rom. cur. Theodrici Mulonis, auctoritate litterarum in f. paup., quibus prefatus Theodricus Gluman benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) spectans ad collat. decani et capituli eccl. s. Crucis expectabat, obtinuit —, ratione permutationis cum dicto Theodrico canonicatus et prebende (una de minoribus) et perp. vicarie in altari s. Sebastiani sito in eccl. s. Blasii Northusen, dicte dioc., que predictus Fredericus e. m. per se resignavit, conferuntur. — *In e.m.* abbati monast. in Walkenriden, Maguntin. dioc., et preposito s. Sixti Merseburgen, ac decano s. Agricoli Avinionen. eccl. (*A.* 152, f. 369').

Ut s.

2105. — *Gaufrido de Rosetis*, rect. parroch. eccl. s. Georgii de Che[ve]neyo, Redonen. dioc., dicta eccl. s. Georgii, vac. per resignationem quam Gaufridus Avunculi per Petrum de Corte, presbyt. Compostellan. dioc., in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. et camerarii pape, fecit, ratione permutationis cum dicto Gaufrido Avunculi perp. capellanie altaris b. Marie Magdalene, siti in eccl. b. Martini Turonen., quam prefatus Gaufridus de Rosetis per Johannem de Segria, can. Compostellan., resignavit, confertur. — *In e.m.* abbati monast. s. Juliani de Scalaria, Turonen. dioc., et decano eccl. Turonen., ac officiali Turonen. (*A.* 152, f. 464').

Ut s.

2106. — *Erardo de Cournino*, perp. capell. in eccl. Patracen., perp. capellania, « trappese » nuncupata, in eccl. Patracen., vac. per resignationem quam in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac camerarii pape, Reginaldus de Lauro per Petrum de Aquila fecit, ratione permutationis cum dicto Reginaldo perp. capellanie s. Johannis Bapt. de Castres, Laudunen. dioc., quam prefatus Erardus

Datum *Avenione*

e. m. resignavit, confertur, non obst. quod in capella b. Marie de Nisiaco, Laudunen. dioc., perp. capellaniam noscatur obtinere. — *In e.m.* Oloren. et s. Petri ac s. Agricoli Avinionen. eccl. decanis. (*A.* 153, f. 28).

Ut s.

2107. — *Henrico Porschin*, perp. capell. capelle b. Marie Magdalene in castro Misnen., capellania dicte capelle b. Marie Magdalene s. c. quam, tunc vac. per obitum Nicolai Eberhardi, Innocentius PP. VI primo Raymundo de Rebombigis, curiali, postea, defuncto dicto Raymundo in Podio alto, Avinionen. dioc., ubi causa recreationis Curia residebat, Hugoni de Ribombigis contulit, nunc vac. per resignationem a dicto Hugone in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac camerarii pape, factam, ratione permutationis cum dicto Hugone perp. vicarie b. Barbare s. c. in eccl. Misnen., quam prefatus Henricus e. m. resignavit, confertur, non obst. quod canonicatum et prebendam eccl. Budissinen., Misnen. dioc., noscatur obtinere. — *In e.m.* s. Agricoli Avinionen. et Budissinen., Misnen. dioc., eccl. decanis, ac officiali Pragen. (*A.* 153, f. 32').

Ut s.

2108. — *Aymoni de Hasta*, priori secul. ac rur. et non collegiate eccl. de Blancaforti, Forojulien. dioc., dictus prioratus de Blancaforti ac perp. capellania in eccl. Sancti Andeoli, Avinionen. dioc., vac. per resignationem quam Johannes Talhandi in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac Sed. apost. camerarii, fecit, ratione permutationis cum dicto Johanne canonicatus et prebende b. Marie de Graciaco, Bituricen. dioc., eccl., que prefatus Aymo e. m. resignavit, conferuntur, non obst. quod in eccl. s. Martini de Sancto Remigio, decanatum ac in eccl. b. Marie nove de Novis, Avinionen. dioc., perp. capellaniam noscatur obtinere. — *In e.m.* episcopo Convenarum, et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Forojulien. (*A.* 153, f. 40).

Ut s.

2109. — *Raymundo de Tarisano*, rect. parroch. eccl. de Campano, Tarvien. dioc., dicta eccl. de Campano, quam, vac. per obitum Laurentii de Mantaneriis, Bernardus, episc. Tarvien., ignorans dictum Laurentium ap. Sed. apost. decessisse, prefato Raymundo indebite contulit, cum collatio dicte eccl. ad episcopum Tarvien. consuetudine antiqua pertineat, confertur. — *In e.m.* episcopo Tolonen., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Tarvien. (*A.* 153, f. 59').

Ut s.

2110. — *Jacobo Henrici*, rect. parroch. eccl. in Hohenwart, Augusten. dioc., dicta eccl. in Hohenwart, vac. per resignationem quam Paulus dictus Cohollner in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac camerarii pape, fecit, ratione permutationis cum dicto Paulo parroch. eccl. in Swanenkirchen, Patavien. dioc., quam prefatus Jacobus per Johannem dictum Geroldi, cler. Frisingen., e. m. resignavit, confertur. — *In e.m.* Augusten. et s. Agricoli Avinionen. decanis, ac *Conrado* dicto *Purkchraino*, can. dicte Augusten. eccl. (*A.* 153, f. 67).

Ut s.

2111. — *Paulo* dicto *Cohollner*, rect. parroch. eccl. in Swanenkirchen, Patavien. dioc., dicta eccl. in Swanenkirchen, vac. per resignationem quam Jacobus Henrici in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac camerarii pape, per Johannem dictum Geroldi, cler. Frisingen., fecit, ratione permutationis cum dicto Jacobo parroch. eccl. in Hohenwart, Augusten. dioc., quam prefatus Paulus e. m. per se resignavit, confertur, cassa tamen concessione ab Innocentio PP. VI eidem facta parroch. eccl. de Ingolstat, Eysteten. dioc. — *In e.m.* Alt[ah]e inferioris et in Ferebach, Patavien. dioc., monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 153, f. 70).

Datum *Avenione*

Ut s.

2112. — Abbatibus monast. in Sunsheim, Wormacien. [lege : Spiren.] dioc., et in Amorbach, Herbipolen. dioc., ac decano eccl. in Mosebach, Herbipolen. dioc., mandatur ut *Eberhardo de Rosenberg*, cler. Herbipolen. dioc., parroch. eccl. in Kochendunen [lege : Kochenduren], dicte dioc., quam prefatus Eberhardus per plures annos tenuit et quam dimittere coactus fuit ex eo quod ad sacerdotium se promoveri non fecit, denuo assignetur. (*A.* 153, f. 76).

Ut s.

2113. — *Hugoni Arnaldi*, rect. parroch. eccl. s. Nicolai de Brachio, Regen. dioc., dicta eccl. s. Nicolai ac perp. capellania Omnium Sanctorum in eccl. Avinionen., O.S.A., canonice instituta, vac. per resignationem quam fecit in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. et camerarii pape, Petrus Ranulphi, ratione permutationis cum dicto Petro archipresbyteratus rur. Rodane — qui simplex beneficium s. c. extitit —, Lugdunen. dioc., ac eccl. s. Illarii Hoyen., Leodien. dioc., que prefatus Hugo e. m. resignavit, conferuntur. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et sacriste, ac *Petro Ratontini*, can. Regen. eccl. (*A.* 153, f. 94).

Ut s.

2114. — *Petro Ranulphi*, archipresbyt. archipresbyteratus rur. s. c. Rodane, Lugdunen. dioc., dictus archipresbyteratus Rodane ac parroch. eccl. s. Illarii Hoyen., Leodien. dioc., vac. per resignationem quam fecit in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac camerarii pape, Hugo Arnaldi, ratione permutationis cum dicto Hugone perp. capellanie Omnium Sanctorum in eccl. Avinionen., O.S.A., canonice institute, ac parroch. eccl. s. Nicolai de Brachio, Regen. dioc., quas prefatus Petrus e. m. resignavit, conferuntur. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et cantori Pictavien., ac *Johanni de Glottonis*, can. Leodien. eccl. (*A.* 153, f. 94').

Ut s.

2115. — *Rudegero* dicto *Wizze*, rect. parroch. eccl. s. Petri in Sande, Herbipolen. dioc., dicta eccl. s. Petri, vac. per resignationem quam fecit Petrus dictus Witich in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac apost. Sed. camerarii, per mag. Ulricum de Rotensteim, substitutum ab Henrico de Herriden, cler. Eysteten. dioc., ratione permutationis cum dicto Petro parroch. eccl. in Markesteynach, Herbipolen. dioc., quam prefatus Rudegerus e. m. resignavit, confertur. — *In e.m.* decano s. Petri Avinionen., et *Johanni Pinterne de Erpach* ac *Rudolpho de Lympurg*, can. Herbipolen. eccl. (*A.* 153, f. 106).

Ut s.

2116. — *Hugoni Mandruel*, rect. parroch. eccl. de Controviis, Remen. dioc., dicta eccl. de Controviis (24 l. par.), vac. per obitum ap. Sed. apost. Thome de Sorbonno, scriptoris litterarum apost., confertur. — *In e.m.* s. Remigii et s. Nicasii Remen. monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 153, f. 116).

Ut s.

2117. — *Petro* dicto *Vitich*, rect. parroch. eccl. in Markesteynach, Herbipolen. dioc., dicta eccl. in Markesteynach, vac. per resignationem quam per mag. Ulricum de Rotensteim, substitutum ab Henrico de Herriden, cler. Eysteten. dioc., in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac apost. Sed. camerarii, Rudegerus dictus Wyzze fecit, ratione permutationis cum dicto Rudegero parroch. eccl. s. Petri in Sande, Herbipolen. dioc., quam prefatus Petrus e. m. resignavit, confertur, non obst. quod canonicatum et prebendam eccl. Novimonasterii Herbipolen. noscatur obtinere. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Johanni Pinterne de Erpach* ac *Rudolfo de Lympurg*, can. Herbipolen. eccl. (*A.* 153, f. 124).

Datum *Avenione*

Ut s.

2118. — *Gaufrido de Chaddesden*, fr. hospitalis s. Lazari leprosorum Jerosolimitan., O.S.A., consideratione Philippi, patriarche Jerosolimitan., surrogatio in omni jure quod pertinebat Roberto Haliday super magisterio, « magistratus » nuncupato, hospitalis s. Lazari de Burton, O.S.A., Lincolnien. dioc. — quod, vac. per obitum extr. Rom. cur. Thome Kirkeby, presbyt., professi dicti ord., b. m. Guillelmus, patriarcha Jerosolimitan., (medietate dicti hospitalis collationi prefati patriarche pro tempore pertinente) dicto Gaufrido contulit, et de quo per violentiam prefatus Robertus Haliday, qui pro fratre dicti hospitalis s. Lazari se gerebat, prefatum Gaufridum spoliavit —, audita relatione Guillelmi de Gunello, can. Parisien., capell. pape ac causarum Palatii apost. auditoris, defunctoque ext. Rom. cur. predicto Roberto, conceditur. (*A.* 153, f. 191).

Ut s.

2119. — *Petro Fernandi de Soria*, can. Salamantin., canonicatus et prebenda eccl. Salamantin. cum prestimoniis et prestimonialibus portionibus et aliis benef. simplicibus ecclesiast. s. c. in eadem eccl. ac civ. et dioc. Salamantin., que per Antonium Martini, cler. Toletan. dioc., in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. ac camerarii Sed. apost., Alvarus Roderici de Luna resignavit, ratione permutationis cum dicto Alvaro medietatis s. c. eccl. s. Marine de Artazelo (per duos solite gubernari rectores) cum certis benef. s. c., « tertia pars » nuncupatis, in s. Johannis de Calo et s. Cristofori de Eio eccl., Tuden. et Compostellan. dioc., que per Petrum Fernandi dictum de Toleto, cler. Toletan., e. m. prefatus Petrus Fernandi de Soria resignavit, assignantur, non obst. quod in Compostellan. eccl. canonicatum et prebendam et quedam prestimonia et prestimoniales portiones, et in parroch. eccl. s. Jacobi de la Curvinado, Compostellan. dioc., quoddam c. c., ac in Oxonien. dioc. unum, et in Seguntin. dioc. aliud, et in predicta Compostellan. eccl. quedam alia simplicia s. c. perp. benef. ecclesiast. noscatur obtinere. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et archidiacono de Talavera, Toletan., ac thesaurario Salamantin. eccl. (*A.* 153, f. 193).

4 (IV non.) *mart. 1363*

2120. — *Petro Paulitini*, can. monast. Piperacen., O.S.A., Sancti Flori dioc., prioratus s. Andeoli Podompniaci, O.S.A., Anicien. dioc., a prefato monast. Piperacen. dependens, super quo inter dictum Petrum et Adebertum de Miliis, alias de Bevento, orta est questio, que, audienda, ab Innocentio PP. VI Guillelmo, episc. Cicestren., tunc capell. apost. Sedis et causarum Palatii apost. auditori, commissa est, vac. per assecutionem a predicto Adeberto prioratus s. Justi de Boutoniz, O.S.A., Sancti Flori dioc., confertur et jura, que prefato Adeberto in ipso prioratu competebant, eidem Petro surrogantur. (*A.* 152, f. 211).

Ut s.

2121. — *Poncio de Montelauro*, rect. rur. eccl. de Chambone s. c., Anicien. dioc., licent. in leg., dicta eccl. de Chambone quam Hugo de Barreria in manibus Petri de Banhaco, prioris prioratus de Thogeto, Clun. ord., Lomberien. dioc., decret. doct., resignavit, ratione permutationis cum dicto Hugone canonicatus et prebende ac cantorie eccl. Albien., que prefatus Poncius per Johannem de Valleclara, cler. Vivarien. dioc., bac. in decret., e. m. resignavit, confertur, non obst. quod in Carnoten. cum archidiaconatu Drocen. et in Anicien. ac Vivarien. eccl. canonicatus et prebendas noscatur obtinere. — *In e.m.* episcopo Tullen., et preposito eccl. Avinionen., ac officiali Anicien. (*A.* 153, f. 27).

Ut s.

2122. — Officiali Tornacen. mandatur ut *Johanni Proper de Huesden*, cler. Trajecten. dioc., in art. et medicina mag., canonicatus eccl. s. Donatiani Brugen., Tornacen. dioc., cum reservatione prebende assignetur. (*A.* 153, f. 176).

Datum *Avenione*

Ut s.

2123. — Abbatibus in Bredenowe et in Northem ac in Stene, Maguntin. dioc., monast. mandatur ut *Theoderico*, nati *Henrici de Hardenberch* militis, can. eccl. Fritzlarien., Maguntin. dioc., prepositura eccl. Northunen., dicte dioc., — que dignitas est curata (12 march. arg.) —, vac. ex eo quod Theodericus de Hardenberch dictam prepositurarn una cum prepositura eccl. Montis Sancti Petri Goslarien., Hildesemen. dioc., que etiam dignitas est, per mensem [lege : annum] et amplius tenuit et adhuc tenet, assignetur, non obst. quod in eccl. Fritzlarien. canonicatum et prebendam noscatur obtinere. (*A.* 153, f. 196).

5 (III non.) *mart.* *1363*

2124. — *Gregorio Chautaudi*, can. Ambianen., canonicatus et prebenda eccl. Ambianen., vac. per assecutionem a Pontio de Montelauro canonicatus et prebende eccl. Carnoten., consideratione Audoyni, episc. Ostien., et Stephani, s. Marie in Aquiro diac. card., quorum procurator in partibus Gallicanis existit, conferuntur, non obst. quod canonicatum et prebendam eccl. s. Liphardi de Magduno super Ligerim, Aurelianen. dioc., necnon domum Dei de Nogento Retrodi, Carnoten. dioc., in cujus fondatione extitit ordinatum quod in perp. benef. ecclesiast. secul. clericis assignetur, noscatur obtinere, dimissis tamen parroch. eccl. de Pruneto juxta Abluys et capella s. Catherine de Frecoto ac capella b. Marie de Ruffino, Carnoten. dioc., necnon in prefata eccl. Carnoten. perp. benef., « matricularia clericalis » nuncupato ; irrita etiam provisione de canonicatu cum reservatione prebende eccl. s. Audomari de Sancto Audomaro, Morinen. dioc., super qua littere apost. confecte non fuerunt. — *In e.m.* abbati monast. s. Genovefe Parisien., et decano eccl. Bituricen., ac officiali Ambianen. (*A.* 152, f. 176).

Ut s.

2125. — Officiali Sarlaten. mandatur ut *Vitali de Fagis*, cler. Sarlaten. dioc., canonicatus et prebenda eccl. s. Martini Turonen., vac. per promotionem Helye ad eccl. Engolismen., consideratione Petri, tituli ss. Quatuor Coronatorum presbyt. card., cujus consanguineus existit, assignentur. (*A.* 152, f. 246).

Ut s.

2126. — Episcopo Luthomuslen. et *Petro de Cuntzendorf* ac *Nicolao de Besewyk*, can. eccl. Pragen., mandatur ut *Echardo de Suntra*, can. eccl. s. Severi Erforden., Maguntin. dioc., consideratione Caroli, Romanorum imperatoris, cujus capell. existit, parroch. eccl. in Zahors, Pragen. dioc., vac. ex eo quod per plures annos dictus Echardus — qui tam Avinione quam alibi studendo de licentia Arnesti, archiepisc. Pragen., per majorem partem temporis jura can. audiverat —, solum ad subdiaconatum promotus, eam tenuerat, conferatur, non obst. quod canonicatum et prebendam s. Severi et custodiam — que simplex benef. existit (6 march. arg.) — s. Marie Erforden., Maguntin. dioc., eccl. noscatur obtinere. (*A.* 153, f. 30').

Ut s.

2127. — *Poncio Lauterii*, rect. parroch. eccl. de Raxiaco, Narbonen. dioc., presbyt., dicta eccl. de Raxiaco, vac. per resignationem in manibus Guillelmi, tituli s. Marie in Transtiberim presbyt. card., a Raymundo Galterii factam, confertur, dimissa tamen perp. vicaria c. c. eccl. Sancti Juliani, Nemausen. dioc. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et archidiacono Nemausen. eccl., ac officiali Narbonen. (*A.* 153, f. 36).

7 (non. *mart.* *1363*

2128. — *Laurentio Galtier de Villadei*, perp. vic. parroch. eccl. b. Marie de Villadei, Sancti Flori dioc., presbyt., perp. vicaria dicte eccl. b. Marie, vac. per assecutionem a Martino Vaysera parroch. eccl. de Longocampo, Narbonen. dioc., assignatur. — *In e.m.* s. Agricoli et s. Petri Avinionen. eccl. decanis, ac officiali Sancti Flori. (*A.* 152, f. 192').

Datum *Avenione*

Ut s.

2129. — *Nicolao*, nato qd. *Vite Celli de Barga*, presbyt. Lucan. dioc., in jure can. perito, qui per x annos in litterarum studio institit, canonicatus et prebenda eccl. Lunen., per promotionem Barnabe ad eccl. Lunen. vacat., reservantur. — *In e.m.* episcopo Nemausen., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Avinionen. (*A.* 152, f. 230').

Ut s.

2130. — *Girardino Girardi*, rect. parroch. eccl. de Presbyterivilla, Lingonen. dioc., in jure can. scolari, dicta eccl. de Presbyterivilla cum decanatu rur. de Barro super Albam eidem eccl. annexo, vac. per assecutionem a Nicolao Henrici de Castrovillario canonicatus et prebende eccl. Lingonen., confertur, dimissa tamen parroch. eccl. de Til subtus castrum Montisfortis, Tullen. dioc. — *In e.m.* Andegaven. et s. Agricoli Avinionen. eccl. decanis, ac officiali Lingonen. (*A.* 152, f. 275).

Ut s.

2131. — *Imberto Dyonisii*, can. eccl. s. Macuti de Barro super Albam, Lingonen. dioc., canonicatus et prebenda dicte eccl. s. Macuti, vac. per assecutionem a Nicolao Henrici de Castrovillario canonicatus et prebende eccl. Lingonen., conferuntur, non obst. quod perp. capellania s. Johannis in eccl. de Capella, Melden. dioc., noscatur obtinere. — *In e.m.* Andegaven. et s. Agricoli Avinionen. eccl. decanis, ac officiali Lingonen. (*A.* 152, f. 278).

Ut s.

2132. — Episcopis Strengenen. et Vexionen. ac decano eccl. s. Petri Avinionen. mandatur ut *Hartleuo Hartleui*, rect. parroch. eccl. Ostrahanunghe, Strengenen. dioc., presbyt., in jure can. perito, canonicatus et prebenda ac archidiaconatus eccl. Upsalen. (20 march. arg.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Ringwidi Ringwidi, assignentur, dimissa tamen dicta eccl. de Ostrahanunghe cum archidiaconatum assecutus fuerit ; dimissa etiam capellania perp. capelle s. Marie Magdalene, Upsalen. dioc., cum canonicatum et prebendam ac archidiaconatum assecutus fuerit. (*A.* 152, f. 345').

Ut s.

2133. — *Petro de Clari*, cler. Attrebaten., qui per IV annos in officio clavarie castri Sancti Laurentii de Arboribus, Avinionen. dioc., ad eccl. Avinionen., que tunc per Rom. eccl. tenebatur, pertinentis, serviit, personatus de Scadebelle [lege : Schellebelle] s. c., Cameracen. dioc., per assecutionem a Philippo Servain canonicatus eccl. s. Martini Turonen. cum reservatione prebende vacat., reservatur, cassis tamen litteris in f. paup. quibus benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad collat. abbatis et conventus monast. s. Riccendis [lege : Rictrudis] de Marchenis, O.S.B., Attrebaten. dioc., pertinens expectat. — *In e.m.* s. Vedasti Attrebaten. et s. Sepulcri Cameracen. monast. abbatibus, ac decano eccl. Sancti Felicis, Tholosan. dioc. (*A.* 152, f. 373).

Ut s.

2134. — *Nicasio* dicto *Houlier*, perp. capell. capelle s. Martini de Streliis, Suessionen. dioc., canonicatus et prebenda eccl. Sancti Arnualis, Meten. dioc., per assecutionem a Nicolao de Saraponte canonicatus et prebende ac archidiaconatus de Sarburch in eccl. Meten. vacat., reservantur, non obst. quod perp. capellaniam dicte capelle s. Martini noscatur obtinere. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et archidiacono Meten. eccl., ac officiali Meten. (*A.* 152, f. 417).

Ut s.

2135. — *Johanni Guarot*, rect. parroch. eccl. b. Marie de Bonismolendinis, Sagien. dioc., dicta eccl. b. Marie (30 l. t.), consideratione Johannis, abbatis, et conventus monast. s. Ebrulfi, O.S.B., Lexovien. dioc., quibus collatio dicte eccl. pertinet, et intuitu servitiorum a dicto Johanne Guarot impensorum,

Datum *Avenione*

confertur. — *In e.m.* abbati monast. de Trapa, Sagien. dioc., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Sagien. (*A.* 153, f. 37').

Ut s. **2136.** — *Colardo le Cohier de P[e]ronna,* cler. Remen. dioc., canonicatus et prebenda eccl. b. Marie de Vallibus, Cathalaunen. dioc., per assecutionem a Remigio de Sancto Hilario Manasserii canonicatus sub expect. prebende eccl. Tornacen. vacat., reservantur, cassis tamen litteris quibus benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad collat. abbatisse et conventus monast. de Avenayo, O.S.B., Remen. dioc., pertinens expectat. — *In e.m.* abbati monast. s. Remigii, et decano ac cantori eccl. Remen. (*A.* 153, f. 193').

9 (VII id.) *mart. 1363* **2137.** — Archiepiscopo Baren. et episcopis Casinen. ac Monopolitan. mandatur ut *Nicolao Albo,* can. eccl. Tarentin., presbyt., capell. pape, eccl. (s. c.) s. Marie Annunciate de suburbiis Tarentin., vac. per obitum ext. Rom. cur. Challi de Tarento, assignetur, non obst. quod canonicatum et prebendam cum medietate unius beneficii perp., per duos cler. soliti gubernari, in eccl. Tarentin. noscatur obtinere. (*A.* 152, f. 183').

Ut s. **2138.** — *Hugoni de Creycello,* priori prioratus de Co[n]folentio, O.S.B., Vabren. dioc., prioratus b. Marie de Guilhestra, dicti ord., Ebredunen. dioc., a monast. s. Andree, O.S.B., Avinionen. dioc., dependens, per promotionem Jacobi ad gubernationem monast. s. Theofredi, O.S.B., Anicien. dioc., vacat., reservatur, cum translatione de eccl. Vabren. ad prefatum monast. s. Andree, dimisso tamen dicto prioratu de Co[n]folentio. — *In e.m.* decano Sancti Felicis, Tholosan. dioc., et archidiacono de Tarancono, Ilerden. eccl., ac officiali Ebredunen. (*A.* 152, f. 198').

Ut s. **2139.** — Archidiacono et primicerio ac thesaurario eccl. Beneventan. mandatur ut *Valentino de Piscicio,* can. Cusentin., presbyt., archipresbyteratus eccl. castri Basilice, Beneventan. dioc. (50 fl. a.), vac. per obitum Thomasii de Lunosano, assignetur, dimissis tamen in eccl. Cusentin. canonicatu et perp. benef. (3 fl. a.), sicut se sponte obtulit. (*A.* 152, f. 241).

Ut s. **2140.** — *Johanni de Gallicia,* rect. parroch. eccl. s. Nicolai Valentinen., dicta eccl. s. Nicolai, vac. per obitum ext. Rom. cur. Johannis Bivio, in partibus Aragonie succollectoris, confertur, dimissis tamen parroch. eccl. de Vialfas, Majoricen. dioc., et perp. benef. s. c. in altari Omnium Sanctorum sito in eccl. Vicen., sicut se sponte obtulit. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Johanni Garigie,* Narbonen., et *Fulconi Pererii,* Barchinonen. can. eccl. (*A.* 152, f. 477').

Ut s. **2141.** — Officiali Lemovicen. mandatur ut *Geraldo Aritaudi,* elemosinario monast. s. Sergii prope Andegavos, O.S.B., prepositatus de Petrabuferia, O.S.B., Lemovicen. dioc., a monast. de Solempniaco, ord. et dioc. predict., dependens, per assecutionem a Petro Laplen prioratus Sancti Angeli, O.S.B., Lemovicen. dioc., vacat., consideratione Petri, s. Marie Nove diac. card., reservetur, cum translatione de monast. s. Sergii ad prefatum monast. de Solempniaco, dimissa tamen elemosinaria dicti monast. s. Sergii (*A.* 152, f. 570').

2422. — *Johanni Germane*, rect. parroch. eccl. de Fermecuria [Fanencuria ?], Rothomagen. dioc., presbyt., dicta eccl. de Fermecuria, vac. per assecutionem a Guillermo le Blant parroch. eccl. s. Crucis de Bernayo, Lexovien. dioc., confertur, dimissa tamen parroch. eccl. de Angovilla (n. t.), Bajocen. dioc., ac cassis litteris in f. paup. quibus benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad collat. episcopi Bajocen. pertinens expectat. — *In e.m.* abbati monast. s. Genovefe Parisien., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Ebroicen. (*A.* 153, f. 118').

Ut s.

2423. — Abbati monast. Porceleti [lege : Porteceli] et ss. Felicis et Regule Turicen. ac Omnium Sanctorum in Friburgo, Constancien. dioc., eccl. prepositis mandatur ut *Johanni* dicto *Kacke*, presbyt. Constancien. dioc., parroch. eccl. in Wutingen, dicte dioc., vac. ex eo quod Johannes de Nuwenegge, ad sacerdotium non promotus, dictam eccl. pluribus annis detinuit prout detinet, conferatur. (*A.* 153, f. 130').

Ut s.

2424. — Abbati monast. Augiemajoris, Constancien. dioc., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen. ac officiali Constancien. mandatur ut *Walthero*, dicto *Lamrer, de Messkilch*, cler. Constancien. dioc., parroch. eccl. in Forcheim, dicte dioc. (8 march. arg.), vac. ex eo quod Henricus dictus Heickelmannus, cler. dicte dioc., per VIII annos et ultra dictam eccl. una cum parroch. eccl. Heckelingen, dicte dioc., detinens, se ad sacerdotium promoveri non fecit, conferatur. (*A.* 153, f. 132).

Ut s.

2425. — Abbatibus monast. Petridomus et Scotorum extra muros Constancien. ac preposito eccl. in Schussenriet, Constancien. dioc., mandatur ut *Conrado* dicto *Hultzin*, can. eccl. in Buochow, Constancien. dioc., presbyt., parroch. eccl. in Ogoltspurren, vac. ex eo quod qd. Cuono dictus Strayf, dictam eccl. pluribus annis detinens, se non fecit ad sacerdotium promoveri, licet Conradus, natus dicti Cuononis, dictam eccl. indebite occupet, conferatur, dimissis tamen canonicatu et prebenda (15 l. t.) in dicta eccl. in Buochow. (*A.* 153, f. 134', cf. n. 2410).

Ut s.

2426. — Abbati monast. s. Genovefe Parisien. et preposito s. Pharahildis Ganden., Tornacen. dioc., ac decano s. Agricoli Avinionen. eccl. mandatur ut *Johanni de Campis*, cler. Tornacen. dioc., parroch. eccl. de Rollario, dicte dioc., vac. per assecutionem ab Henrico de Ecclesia decanatus eccl. b. Marie Curtracen., Tornacen. dioc., conferatur, cassis tamen litteris in f. paup. quibus benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad collat. decani et capituli eccl. b. Marie Nigellen., Noviomen. dioc., pertinens expectat. (*A.* 153, f. 137').

Ut s.

2427. — *Nicolao de Curia*, perp. vicario in eccl. Zwerinen., perp. vicaria in dicta eccl. (15 march. arg.), vac. per obitum ap. Sed. apost. Johannis Hardecheved, confertur. — *In e.m.* preposito Bremen., et s. Agricoli Avinionen. et Hamburgen., Bremen. dioc., decanis [eccl.]. (*A.* 153, f. 137').

Ut s.

2428. — Episcopo Seguntin. mandatur ut *Johanni Fernandi*, nato *Johannis Fernandi* civis Toletan., cler. perp. beneficiato in parroch. eccl. de Sabiot, Giennen. dioc., perp. integra portio eccl. Toletan. (25 l. t.), vac. per assecutionem a Nunio Didaci canonicatus et prebende cum certis prestimonialibus

Datum *Avenione*

portionibus ipsius eccl. Toletan., conferatur, dimisso tamen perp. benef. prestimoniali (8 l. t.) in dicta eccl. de Sabiot. (*A.* 153, f. 147).

Ut s. **2429.** — Abbatibus Scotorum et s. Petri monast. ac cantori eccl. s. Severi Erforden., Maguntin. dioc., mandatur ut *Henrico Sagittarii de Orlamunde*, cler. Maguntin. dioc., parroch. eccl. in Gynderstete, dicte dioc., vac. ex eo quod Crist[i]anus de Wytzeleyven, dicta eccl. obtenta, per annum et amplius se non fecit in presbyt. ordinari, conferatur, cassis tamen litteris quibus benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad collat. abbatisse secul. eccl. in Quidlingeburg [lege : Quedlinburg], Halberstaden. dioc., pertinens expectat. (*A.* 153, f. 148').

Ut s. **2430.** — Preposito s. Marie in Campis extra muros et decano s. Marie ad Gradus Maguntin. ac cantori s. Johannis Maguntin. eccl. mandatur ut *Nicolao Conradi Pistoris de Rudersheim*, cler. Maguntin. dioc., parroch. eccl. in Dromersheim, dicte dioc., vac. ex eo quod Syfridus de Columbaria, dicta eccl. obtenta, per plures annos se non fecit in presbyt. ordinari, conferatur. (*A.* 153, f. 151).

Ut s. **2431.** — Abbati monast. Montis Sancte Marie, Curien. dioc., et decano ac *Rodolfo Stukgin*, can. eccl. Curien., mandatur ut *Henrico* dicto *Keyser*, presbyt. Constancien. dioc., parroch. eccl. in Sludernis [lege : Sluderins], Curien. dioc., vac. ex eo quod Rupertus, dictus Ruprech, de Issinea, dicta eccl. obtenta, per annum et amplius se non fecit ad sacerdotium promoveri, licet Henricus dictus Statteler, alias Stellator, de Walkyrch, presbyt. dicte dioc., ipsam detineat indebite occupatam, conferatur. (*A.* 153, f. 152').

Ut s. **2432.** — *Odoni Ohogan*, rect. parroch. eccl. de Typeraria, Imelacen. dioc., dicta eccl. de Typeraria (10 march. sterl.), vac. per promotionem b. m. David ad eccl. Imelacen., confertur. — *In e.m.* archiepiscopo Tuamen., et episcopo Limericen., ac decano [eccl.] s. Agricoli Avinionen. (*A.* 153, f. 155').

Ut s. **2433.** — *Johanni Morelli*, cler. Rothomagen. dioc., parroch. eccl. de Duranvilla, Lexovien. dioc., per assecutionem a Petro de Sihervilla canonicatus eccl. Rothomagen. vacat., reservatur, cassis tamen litteris in f. paup. quibus benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad collat. abbatis et conventus monast. s. Wandregisilli, O. S. B., Rothomagen. dioc., pertinens expectat. — *In e.m.* decano et *Rollando Bonifacii*, can. eccl. Rothomagen., ac officiali Rothomagen. (*A.* 153, f. 159).

Ut s. **2434.** — *Petro de Claverio*, perp. capell. in eccl. s. Bartholomei de Pradalo Condomien., parroch. eccl. de Monteclaro, Aduren. dioc., per assecutionem ab Arnaldo de Artigia parroch. eccl. castri comitalis de Damasano, Condomien. dioc., vacat., reservatur, dimissis tamen duabus perp. capellaniis (15 l. t.) in dicta eccl. s. Bartholomei. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et archidiacono Agennen. eccl., ac officiali Condomien. (*A.* 153, f. 169).

Ut s. **2435.** — Preposito s. Marie in Campis extra muros Maguntin. et s. Johannis Maguntin. ac Pinguen., Maguntin. dioc., scolasticis eccl. mandatur ut *Nicolao*, nato *Conradi Pistoris de Rudersheim*, cler. Maguntin. dioc., parroch. eccl. in Dromersheim, dicte dioc., vac. ex eo quod Syfridus de Columbaria, obtenta dicta eccl., infra annum se non fecit ad sacerdotium promoveri, conferatur. (*A.* 153, f. 169').

Ut s. **2436.** — Officiali Leodien. mandatur ut *Arnuldo de Hacuria*, cler. Leodien., canonicatus et prebenda in eccl. b. Marie Chennacen., Leodien. dioc. (8 march.

Datum *Avenione*

arg.), per assecutionem ab Henrico de Bellomonte benef. ecclesiast. (c. c. ve s. c.) ad collat. episcopi Leodien. pertinentis vacat., reserventur. (*A.* 153, f. 195).

Ut s. **2437.** — Abbati monast. in Altdorf, Argentinen. dioc., et preposito s. Petri ac cantori s. Thome Argentinen. eccl. mandatur ut *Hugoni*, dicto *Kleynkint, de Mollesheim*, presbyt. Argentinen. dioc., parroch. eccl. in Stein[ge]wirke, dicte dioc., vac. ex eo quod Johannes de Gero[l]tzeke, dicta eccl. obtenta, per plures annos se non fecit [in presbyt.] promoveri, licet Hermannus de Dicke, cler. dicte dioc., eccl. ipsam una cum parroch. eccl. in Sunthus, prefate dioc., detineat indebite occupatam, conferatur, cassis tamen litteris in f. paup. quibus dictus Hugo benef. ecclesiast. (s. c.) ad collat. rectoris parroch. eccl. in Offenburg pertinens expectat. (*A.* 153, f. 197).

Ut s. **2438.** — Abbati monast. s. Jacobi Scotorum, Herbipolen. dioc., et *Burghardo de Hohenberg* ac *Rodolpho de Wertheim*, can. Herbipolen., mandatur ut *Ludovico Huwer de Stohomheim*, cler. Augusten. dioc., parroch. eccl. in Sundernhoven, Herbipolen. dioc., vac. ex eo quod Henricus de Reinstein, dicta eccl. obtenta, per plures annos se non fecit in presbyt. ordinari, conferatur. (*A.* 153, f. 199').

10 (IV id.) *jun.* *1363* **2439.** — *Bernardo Melioris*, can. et operario eccl. Albien., licent. in leg., canonicatus et prebenda ac operaria eccl. Albien — que operaria simplex officium existit —, vac. per resignationem Hugonis, s. Marie in Porticu diac. card., consideratione Nicolai, s. Marie in Via lata diac. card., cujus familiaris et camerarius existit, conferuntur, dimissis tamen eccl. c. c. de Bolhaco, Ruthenen. dioc., necnon canonicatu et prebenda cum altari s. Johannis in eccl. Meten., ac, prout se sponte obtulit, decanatu et prebenda eccl. Lexovien. [ac archidiaconatu] de Levino in eadem eccl., quorum possessionem nondum assecutus est. — *In e.m.* episcopo Riven., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Albien. (*A.* 152, f. 232').

Ut s. **2440.** — Decano s. Agricoli Avinionen. et archidiacono Estriddingie ac cancellario Eboracen. eccl. mandatur ut *Thome*, nato *Johanni Athalyate de Schirburn*, presbyt. Eboracen. dioc., nullum benef. ecclesiast. assecuto, perp. vicaria parroch. eccl. de Skipton in Craven, Eboracen. dioc. (5 march. sterl.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Willelmi de Dragton, conferatur. (*A.* 152, f. 310').

Ut s. **2441.** — *Thome Westwere*, presbyt. Wellen. dioc., benef. ecclesiast. (c. c. 25, s. c. 18 march. sterl.) ad collat. abbatis et conventus monast. Glastonie, O. S. B., Wellen. dioc., pertinens, reservatur. — *In e.m.* s. Augustini juxta Bristalliam, Wellen. dioc., et de Keynysham, Wygornien. dioc., monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 152, f. 311. Attende de « cum cura vel sine cura »).

Ut s. **2442.** — Decano s. Agricoli Avinionen. et Richemunde ac Clivelandie Eboracen. archidiaconis eccl. mandatur ut *Willelmo de Wythornwyk*, presbyt. Eboracen. dioc., parroch. eccl. de Manfeld, dicte dioc. (30 march. sterl.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Willelmi de Stutvill, conferatur. (*A.* 152, f. 327).

Ut s. **2443.** — Decanis s. Agricoli et s. Petri Avinionen. ac Auklandi, Dunelmen. dioc., eccl. mandatur ut *Waltero Jabes*, presbyt. Dunelmen. dioc., perp. vicaria parroch. eccl. de Norham, dicte dioc. (20 march. arg. [sterl. ?]), vac. per obitum ext. Rom. cur. Willermi de Elwyc, conferatur, dimissa tamen parroch. eccl. b. Marie in Ballio Dunelmen., super qua litigat, si ipsam interim assequatur. (*A.* 152, f. 328).

Ut s. **2444.** — *Willermo de Rypon*, rect. parroch. eccl. s. Martini in Mykilgate, Eboracen. dioc., dicta. eccl. s. Martini (7 march. sterl.), vac. per obitum ap. Sed.

Datum *Avenione*

apost. Thome de Bretby, confertur. — *In e.m.* abbati monast. b. Marie Eboracen., et decano s. Agricoli Avinionen., ac cancellario Eboracen. eccl. (*A.* 152, f. 332).

Ut s.

2445. — *Petro de Velde*, can. et prep. ac archidiac. eccl. s. Johannis Trajecten., decr. doct., prepositura ac archidiaconatus invicem unita ac canonicatus et prebenda eccl. s. Johannis Trajecten., vac. per obitum ext. Rom. cur. Henrici Rono [lege : Reno] ac ad collat. Sed. apost., kal. jun. (1 jun. 1363), reservata, conferuntur, non obst. quod canonicatum et prebendam eccl. b. Marie Trajecten. noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. de Voerhout, Trajecten. [dioc.], ac cassis litteris Urbani PP. V per quas canonicatum eccl. Trajecten. obtinet et prebendam cum supplemento necnon dignitatem, personatum vel officium in dicta eccl. expectat. — *In e.m.* episcopo Cameracen., et abbati monast. s. Pauli, ac *Theodrico de Jutfaes*, can. eccl. Trajecten. (*A.* 152, f. 356').

Ut s.

2446. — *Hugoni*, s. Marie in Porticu diac. card., canonicatus et prebenda eccl. Meten. ac altare s. Johannis in eadem eccl., consuetum can. dicte eccl. assignari, vac. per resignationem Bernardi Melioris, conferuntur, non obst. quod alia benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) noscatur obtinere. — *In e. m.* episcopo Riven., et Avinionen. et Meten. officialibus. (*A.* 152, f. 359).

Ut s.

2447. — Abbati monast. Vallisdei, Basilien. dioc., et preposito eccl. s. Leonardi Basilien. ac officiali Basilien. mandatur ut *Petro* dicto *Schurer*, presbyt. Basilien. dioc., parroch. eccl. in Sultze, dicte dioc (20 march. arg.), vac. ex eo quod Mathias de Sygenewe dictam eccl. una cum parroch. eccl. in Gleckelberg, Argentinen. dioc., et nonnullis aliis benef. incompatibilibus per annum et amplius absque dispensatione detinuit prout detinet, conferatur. (*A.* 153, f. 137).

Ut s.

2448. — Abbati monast. de Roche et priori de Burton, Eboracen. dioc., ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. mandatur ut *Johanni de Rodeston*, cler. Eboracen. dioc., parroch. eccl. de Mysen, dicte dioc. (18 march. sterl.), quam ext. Rom. cur. in manibus Willelmi, archiepisc. Eboracen., Johannes de Sailthorp resignavit, et que tanto tempore vacavit quod ejus collatio secundum statuta Lateranen. concilii ad Sed. apost. devoluta est, conferatur. (*A.* 153, f. 145).

11 (III id.) *jun. 1363*

2449. — *Volmaro*, nato qd. *Nicolai de Marssallo*, can. eccl. s. Stephani in Sarburg, Meten. dioc., canonicatus et prebenda dicte eccl. s. Stephani (30 fl. a.), vac. per resignationem quam Johannes Volmari de Sarburg in manibus Raymundi, episc. Penestrin., fecit, conferuntur. — *In e.m.* s. Salvatoris Meten. et s. Agricoli Avinionen. ac s. Theobaldi extra muros Meten. decanis eccl. (*A.* 152, f. 245).

Ut s.

2450. — Abbatibus monast. de Ebrolio et de Menato, Claromonten. dioc., ac officiali Claromonten. mandatur ut *Reginaldo de Petra*, priori prioratus de Chauseyo, O. S. B., Constantien. dioc., prioratus de Genzato, Clun. ord., Claromonten. dioc., a prioratu de Salvigniaco, Clun. ord. et Claromonten. dioc., dependens, qui, primo per assecutionem a Jacobo Chalhoti prioratus s. Petri Monasterii, Clun. ord., Nivernen. dioc., vacat., Thome Dent, mon. — ut dicebatur — dicti prioratus de Salvigniaco, reservatus fuit ; et qui postea, dicto prioratu s. Petri Monasterii a prefato Jacobo assecuto, vac. et Thome Dent collatus non fuit — cum prefatus Thomas non erat Clun. ord. sed de ordine fr. Minorum, de quo apostatando exiverat (de quibus in dicta reservatione nulla mentio facta fuit et super quibus dispensatus non fuit) —, conferatur, cum translatione de monast. s. Michaelis in Periculo maris, O. S. B., Abrincen. dioc.,

Datum *Avenione*

ad prefatum prioratum de Salvigniaco, dimisso tamen prioratu de Chauseyo. (*A.* 152, f. 432).

Ut s.

2451. — *Gaufrido de Quercu*, rect. parroch. eccl. s. Martini de Petra, Uticen. dioc., dicta eccl. s. Martini, vac. per resignationem quam in manibus Guillermi, tituli s. Laurentii in Lucina presbyt. card., per Fastrardum de Oragallica, can. eccl. s. Pauli Leodien., Egidius de Montecrucheto fecit, confertur, cassis tamen litteris in f. paup. quibus benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) ad collat. decani eccl. Cenomanen. pertinens expectat. — *In e.m.* s. Petri et s. Agricoli Avinionen. decanis, ac archidiacono Urgellen. eccl. (*A.* 153, f. 43).

Ut s.

2452. — Episcopo Visen. mandatur ut *Johanni Valasci de Tomar*, cler. Ulixbonen. dioc., qui de nobilibus traxit originem, canonicatus et prebenda eccl. Egitanien., per promotionem Valasci Roderici ad eccl. Egitanien. proxime vacat., reserventur. (*A.* 153, f. 191').

12 (II id.) *jun.* *1363*

2453. — Abbatibus s. Michaelis de Clusa, Taurinen. dioc., et b. Marie de Voto prope Cesarisburgum, Constantien. dioc., monast. ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. mandatur ut *Guillermo Baronis*, rect. parroch. eccl. s. Germani de Varrevilla, Constantien. dioc., litterarum apost. scriptori necnon abbreviatori, qui per plures annos in jure can. studuit, canonicatus et prebenda eccl. Constantien., vac. per obitum ext. Rom. cur. Richardi de Ardera, alias dicti Forestarii, conferantur, non obst. quod dictam eccl. s. Germani noscatur obtinere, dimissa tamen capella s. Eligii de Brolio, Parisien. dioc. (*A.* 152, f. 305').

13 (id.) *jun.* *1363*

2454. — Abbatibus s. Michaelis de Rudina et b. Marie de Goton, Quinqueecclesien. dioc., monast. ac officiali Quinqueecclesien. mandatur ut *Petro Petri*, presbyt. Quinqueecclesien. dioc., canonicatus et prebenda ac lectoratus eccl. s. Petri de Posega, predicte dioc., que, vac. per obitum in partibus illis Henrici Westfali, Nicolaus, episc. Quinqueecclesien., dicto Petro indebite contulerat, ex eo quod tempore collationis prefatus Petrus per auditorem generalem Camere apost. ad instar Johannis Nicolai, archidiac. eccl. Seremien., Colocen. dioc., majoris excommunicationis sententia inodatus erat, ipso a prefata sententia absoluto, conferantur. (*A.* 152, f. 330').

Ut s.

2455. — Abbati monast. s. Genovefe Parisien. et priori s. Martini de Campis Parisien. ac *Aymerico de Magnaco*, can. Parisien., mandatur ut *Raymundo Bazati*, can. eccl. s. Benedicti Parisien., bac. in decr., presbyt., parroch. eccl. s. Nicolai de Campis iuxta Parisius, vac. ex eo quod Johannes Gojon, obtenta dicta eccl., per annum et amplius non se fecit ad sacerdotium promoveri, conferatur, non obst. quod in dicta eccl. s. Benedicti canonicatum et prebendam (15 l. t.) noscatur obtinere, dimissis tamen in de b. Maria de Manthetaria Belvacen. eccl. canonicatu et prebenda. (*A.* 152, f. 609').

14 jun. 1363 (XVIII kal. jul.)

2456. — *Johanni de Corbeya*, priori prioratus s. Medardi super Arvam, O. S. A., Ambianen. dioc., presbyt., prioratus c. c. de Montargis, O. S. A., Senonen. dioc., a monast. s. Johannis Senonen., O. S. A., dependens, per promotionem Thome ad gubernationem monast. s. Martini Ruricurten., alias in Bosco, O. S. A., Belvacen. dioc., vacat., consideratione Guidonis, Portuen. episc., cujus dictus Johannes capell. domesticus continuus commensalis existit, reservatur, cum translatione de dicto monast. s. Martini ad prefatum monast. s. Johannis, dimisso tamen dicto prioratu s. Medardi. — *In e. m.* abbati monast. s. Severini de Castronanthonis, Senonen. dioc., et cantori Senonen., ac *Bartholomeo Renaudi*, can. Carnoten. eccl. (*A.* 152, f. 306).

Datum *Avenione*

Ut s.

2457. — Decanis s. Agricoli Avinionen. et s. Petri Virorum ac *Petro de Sancto Cirico*, can. Majoris Aurelianen. eccl., mandatur ut *Johanni de Duvio*, rect. altaris s. Guillelmi siti in eccl. s. Verani de Jargolio, Aurelianen. dioc., in utroque jure licent., subdiac., parroch. eccl. de Oinvilla, Carnoten. dioc. (50 l. t.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Stephani de Alinvilla, conferatur, non obst. quod predictum altare s. Guillermi (n. t.) noscatur obtinere. (*A.* 152, f. 329).

Ut s.

2458. — *Francisco de Marciasio*, priori secul. c. c. et non collegiate eccl. s. Marie de Vezano, Lunen. dioc., presbyt., dicta eccl. de Vezano (50 fl. a.), vac. per promotionem Bernabe ad Lunen. eccl., consideratione dicti Bernabe, tunc electi Lunen. episc., confertur, non obst. quod in dicta eccl. Lunen. canonicatum et prebendam (25 fl. a.) noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. s. Bartholomei de Marciasio, dicte dioc. — *In e.m.* abbati monast. s. Venantii de Ceparana, Lunen. dioc., et *Thomanio de Foscanova* ac *Berzignovo de Comano*, eccl. Lunen. can. (*A.* 153, f. 110).

15 jun. 1363 (XVII kal. jul.)

2459. — *Johanni de Chacelay*, rect. parroch. eccl. de Tramayes, Matisconen. dioc., perp. capellania s. Georgii cum annexis in eccl. Matisconen., per assecutionem a Thoma de Castellione canonicatus eccl. Matisconen., in qua, licet sit certus can. numerus, prebendarum tamen distinctio non habetur, vacat., reservatur, non obst. quod dictam eccl. de Tramayes noscatur obtinere, dimissa tamen perp. capellania s. Stephani in dicta eccl. Matisconen. — *In e.m.* abbati monast. Trenorchien., Cabilonen. dioc., et decano s. Agricoli Avinionen., ac archidiacono Viriseci Matisconen. eccl. (*A.* 152, f. 620).

Ut s.

2460. — *Huberto Hermandi de Braquis*, perp. capell. in eccl. s. Petri de Braquis, Remen. dioc., perp. capellania in dicta eccl. s. Petri, quam nuper mag. Petrus de Estionno, scriptor pape, obtinuit, et que per assecutionem a dicto mag. Petro canonicatus et prebende prefate eccl. s. Petri vacat, ex eo quod in dicta eccl. secundum statuta aliquis aliquam ex capellaniis et canonicatum ac prebendam insimul assequi non potest, consideratione Helie, episc. Ostien., cujus dictus Hubertus familiaris existit, confertur. — *In e.m.* Remen. et s. Agricoli ac s. Petri Avinionen. eccl. decanis. (*A.* 153, f. 164).

17 jun. 1363 (XV kal. jul.)

2461. — *Symoni Militis*, cler. perp. beneficiato in eccl. Carnoten., licent. in leg., perp. beneficium, « matricularia clericalis » nuncupatum, in eccl. Carnoten. et capella b. Marie de Raffino [lege : Ruffino], Carnoten. dioc., vac. per assecutionem a Gregorio Chautaudi canonicatus et prebende eccl. Ambianen., conferuntur, non obst. quod benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c., etiam si archipresbyteratus existat) ad collat. episcopi Andegaven. pertinens expectet. — *In e.m.* decano Andegaven. et sacriste Avinionen. eccl., ac officiali Carnoten. (*A.* 153, f. 97').

19 jun. 1363 (XIII kal. jul.)

2462. — *Johanni Cerri de Montefalco*, rect. parroch. eccl., « prepositura » nuncupate, s. Marie in Merchato Anconitan., dicta eccl. s. Marie in Merchato (60 fl. a.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Thome Angelucii, succollectoris in prov. Anconitan., confertur, dimissis tamen in Nucerin. et in s. Andree de Spello, Spoletan. dioc., eccl. canonicatibus et prebendis, super quibus in Palatio apost. litigat, si ipsa interim evincat. — *In e.m.* episcopo Spoletan., et s. Petri ac s. Agricoli Avinionen. eccl. decanis. (*A.* 152, f. 535').

20 jun. 1363 (XII kal. jul.)

2463. — *Petro Exalani*, prep. in eccl. Ilerden., bac. in decr., prepositura, « mensata » nuncupata, s. c. in eccl. Ilerden. (70 l. t. deductis oneribus), vac. per obitum ext. Rom. cur. Jacobini Tonini, Sed. apost. capell., intuitu Petri,

Datum *Avenione*

regis Aragonium, cujus capell. existit, confertur, non obst. quod in eccl. Gerunden. perp. benef., « locus presbyteralis de capitulo ipsius Gerunden. eccl. » appelatum, noscatur obtinere, dimissis tamen simplici benef. s. c. in capella castri Perpiniani, Elnen. dioc., ac parroch. eccl. de Buriana, Dertusen. dioc., prout se sponte obtulit. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Petro Alquiximi*, Barchinonen., et *Arnaldo Huilguerii*, Ilerden. can. eccl. (*A.* 152, f. 333).

Ut s. **2464.** — *Roberto Petri Alani*, rect. parroch. eccl. s. Petri de Precigneyo, Andegaven. dioc., dicta eccl. s. Petri, vac. per obitum apud Sed. apost. Tanguidi Queyonarii, cui prefata eccl. devoluta fuerat — resoluta causa inter Johannem de Langon, cler. Leonen. dioc., et prefatum Tanguidum — confertur, dimissa tamen parroch. eccl. de Lanaarquerio, Auxitan. dioc., de qua provisus fuit, sed cujus possessionem nondum assecutus fuit. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Ivoni Tornicoris*, can. Andegaven. eccl., ac officiali Andegaven. (*A.* 152, f. 451).

Ut s. **2465.** — Abbati monast. s. Salvatoris majoris, Taurinen. dioc., mandatur ut *Matheo Zatelli*, mon. monast. [s. Petri] de Ripalta, Cist. ord., Taurinen. dioc., prioratus b. Marie de Beceto, ord. et dioc. predict., per promotionem Petri ad gubernationem dicti monast. s. Petri de Ripalta vacat., reservetur, dimissa tamen capella (c. c.) b. Marie de Ripalta, dicte dioc., a predicto monast. dependente. (*A.* 152, f. 492).

Ut s. **2466.** — Abbatibus monast. s. Michaelis de Clusa, Taurinen. dioc., et b. Marie de Voto prope Cesarisburgum, Constantien. dioc., ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. mandatur ut *Ludowico Piquet*, perp. capell. in eccl. Constantien., licent. in art., qui ad regendam parroch. eccl. s. Petri de Benedictavilla, Constantien. dioc. (60 l. t.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Ludowici de Villapetrosa, a Petro abbate et a conventu monast. s. Marie de Montisburgo, O.S.B., dicte dioc., quibus presentatio dicte eccl. pertinet, Nicolao de Vadoheberti, can. Constantien., et Johanni Pontrelli, rect. parroch. eccl. de Fresvilla, dicte dioc., vicariis general. Ludowici, episc. Constantien., presentatus fuit, et qui, non obst. defectu etatis cum in XXII anno etatis sue constitutus esset, a Johanne de Comone, rect. parroch. eccl. de Etivilla, dicte dioc., rector prefate eccl. institutus fuit, dicta eccl. s. Petri conferatur, retenta perp. capellania s. Maculphi (7 l. t.) in predicta eccl. Constantien., sed dimissis capella de Buryehon (n. t.) quam obtinet, et, si ipsam evincat, capella s. Paterni de Boscho, dicte dioc., que ad presentationem patroni laici pertinet et super qua in Palatio apost. dictus Ludowicus litigat. (*A.* 173, f. 74).

21 jun. 1363 (XI kal. jul.) **2467.** — *Johanni de Cosnato*, can. Turonen., canonicatus et prebenda eccl. Turonen., vac. per obitum ext. Rom. cur. Arnaldi de Moleriis, capell. apost. Sed., conferuntur, non obst. quod canonicatum et prebendam in eccl. Bajocen. obtineat, et quod nuper de archipresbyteratu rur. de Malsonne, Lemovicen. dioc., provisus fuerit, dimissis tamen canonicatu et prebenda in eccl. Lomberien. — *In e.m.* Riven. et Sancti Papuli episcopis, ac officiali Turonen. (*A.* 152, f. 428').

Ut s. **2468.** — *Philippo Folcoaudi*, can. Palentin., qui in castro de Novis, Avinionen. dioc., clavarius extitit, canonicatus et prebenda eccl. Lomberien., per assecutionem a Johanne de Cosnato canonicatus et prebende eccl. Turonen. vacat., reservantur, non obst. quod in eccl. Palentin. canonicatum et prebendam ac parroch. eccl. de Samatano, Lomberien. dioc., noscatur obtinere. — *In e.m.*

Datum *Avenione*

episcopo Convenarum, et decano eccl. Insule Jordani, Tholosan. dioc., ac officiali Lomberien. (*A.* 152, f. 522).

Ut s.

2469. — *Bernardo de Labessa,* rect. parroch. eccl. s. Stephani de Sobiros Caturcen., presbyt., dicta eccl. s. Stephani, vac. per resignationem quam in manibus Petri de Banhaco, prioris prioratus de Togeto, Clun. ord., Lomberien. dioc., Rigaldus Rogeti fecit, confertur. — *In e.m.* episcopo Convenarum, et *Raymundo de Sarnihaco,* can. Ruthenen., ac officiali Caturcen. (*A.* 153, f. 77').

22 jun. 1363 (X kal. jul.)

2470. — *Jacobo Maynardi de Sclusa,* can. eccl. Concordien., canonicatus et prebenda eccl. Concordien. (27 fl. a.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Bernardi Roberti, succollectoris in prov. Aquilegen., conferuntur. — *In e.m.* s. Cipriani de Murano, Torcellan. dioc., et s. Marie Summaquen., Concordien. dioc., monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 152, f. 308').

Ut s.

2471. — Officiali Claromonten. mandatur ut *Bernardo de Cunibus,* cler. Claromonten. dioc., parroch. eccl. de Propdela, dicte dioc., vac. per resignationem quam Geraldus de Cunibus in manibus Petri, s. Marie Nove diac. card., fecit, conferatur, dummodo dictus Bernardus, cum ad etatem aptam pervenerit, ad sacerdotium se promoveri faciat. (*A.* 152, f. 507').

Ut s.

2472. — *Gundissalvo Johannis,* can. eccl. Tuden. et archidiac. de Montibus in eadem eccl., canonicatus et prebenda eccl. Tuden. et archidiaconatus de Montibus, vac. per resignationem quam per mag. Bartholomeum del Cassanh, scriptorem pape, in manibus Petri, s. Marie Nove diac. card., Petrus Geydelli fecit, ratione permutationis cum dicto Petro unius in Arelaten., O. S. A., et alterius in s. Petri de Malhanis, Arelaten. dioc., eccl. perp. capellaniarum, quas prefatus Gundissalvus e. m. per se resignavit, conferuntur, non obst. quod canonicatum et prebendam cum prestimoniis in eccl. Legionen. noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. s. Michaelis de Pulha, Bracharen. dioc. — *In e.m.* archiepiscopo Arelaten., et decano s. Agricoli Avinionen., ac thesaurario Bracharen. eccl. (*A.* 152, f. 584).

Ut s.

2473. — Episcopo Sutrinen. mandatur ut *Francisco Nucii Magni,* cler. Romano, nullum benef. eccles'ast. assecuto, perp. benef. ecclesiast., « rectoria oratorii majestatis et de lilio » nuncupatum, de Ficullis, Urbevetan. dioc. (20 fl. a.), vac. per obitum ap. Sed. apost. Berengarii de Pereto, cler., conferatur. (*A.* 153, f. 138').

25 jun. 1363 (VII kal. jul.)

2474. — Episcopo Boznen. mandatur ut *Stephano Ladislai,* can. eccl. s. Petri de Posaga, Quinqueeclesien. dioc., cantoratus dicte eccl. s. Petri (40 fl. a.), per assecutionem a Mathia Petri dignitatis, personatus vel officii in eccl. Wesprimen. vacat., consideratione Elisabet, regine Ungarie, cujus capell. existit, reservetur, non obst. quod canonicatum et prebendam in eadem eccl. s. Petri noscatur obtinere. (*A.* 152, f. 395').

Ut s.

2475. — *Henrico Rand de Osenbruge,* thesaurario eccl. Minden., licent. in decr., thesauraria eccl. Minden. (150 fl. a.), vac. per promotionem Gerhardi ad eccl. Minden., confertur, dimissa tamen parroch. eccl. s. Marie Osnaburgen. — *In e.m.* episcopo Lodoven., et preposito ac decano eccl. s. Johannis Osnaburgen. (*A.* 152, f. 546).

Ut s.

2476. — *Johanni Pinardi,* priori prioratus de Benevento, O. S. B., Bituricen. dioc., dictus prioratus de Benevento, a monast. de Millebeco, ord. et dioc. predict., dependens, vac. per promotionem Johannis ad gubernationem dicti

Datum *Avenione*

monast. de Millebeco, confertur. — *In e.m.* abbati monast. s. Sulpicii [Bituricen.], et decano eccl. Bituricen., ac officiali Bituricen. (*A.* 152, f. 589').

26 jun. 1363 (VI kal. jul.)

2477. — *Isnardo Pandulphi*, rect. capelle domus s. Lazari prope Manuascam, Sistaricen. dioc., capella ac rectoria s. c. dicte domus s. Lazari (15 fl. a.), consuete insimul cler. secul. assignari in perp. benef. ecclesiast., vac. per obitum ap. Sed. apost. Raymundi Bernardini, conferuntur. — *In e.m.* s. Petri et s. Agricoli Avinionen. eccl. decanis, ac officiali Sistaricen. (*A.* 152, f. 550).

Ut s.

2478. — Abbati monast. de Figiaco et decano eccl. de Montepensato, Caturcen. dioc., ac officiali Caturcen. mandatur ut *Raymundo Guillelmi de Maorone*, can. Caturcen., licent. in leg., capell. ac familiari Guillermi, s. Marie in Cosmedin diac. card., parroch. eccl. de Thediraco, Caturcen. dioc., vac. ex eo quod ipsam symoniace obtentam, antequam matrimonium contraxisset cum Marquesia de Gordiono, muliere Caturcen. dioc., Arnaldus de Penna, cler. Albien. dioc., tunc in minoribus ord. constitutus, permutavit cum parroch. eccl. Sancti Quintini, dicte dioc., quam Johannes de Malareto in manibus Bertrandi, episc. Caturcen., ext. Rom. cur. resignavit, conferatur, licet dictus Johannes dictam eccl. de Thediraco detineat occupatam, non obst. quod prefatus Raymundus canonicatum et prebendam eccl. Caturcen. noscatur obtinere, dimisso tamen prioratu s. c. secul. et non collegiate eccl. Sancti Lupercii, Agennen. dioc. (*A.* 153, f. 97).

Ut s.

2479. — *Pontio de Castronovo*, can. Aquen., canonicatus eccl. Aquen. in prov. Provincie sub reservatione prebende confertur. — *In e.m.* abbati monast. Senhanque, Cavallicen. dioc., et decano s. Agricoli Avinionen., ac archidiacono Vicen. eccl. (*A.* 153, f. 174).

27 jun. 1363 (V kal. jul.)

2480. — *Petro de Salis*, priori prioratus s. Laurentii de Gisortio, O. S. B., Rothomagen. dioc., dictus prioratus s. Laurentii (140 l. t.), a monast. Majorismonasterii Turonen., O. S. B., dependens, vac. per obitum ap. Sed. apost. Petri, episc. Ostien., confertur. — *In e.m.* Mansigarnesii ac s. Victoris monast. abbatibus, Tholosan. dioc., ac officiali Rothomagen. (*A.* 152, f. 316).

Ut s.

2481. — Priori de Tortington, Cicestren. dioc., et decano ac archidiacono eccl. Cicestren. mandatur ut *Roberto Amys de Brendkrogthon*, presbyt. Lincolnien., parroch. eccl. de Westichenor (8 march. sterl. secundum decime taxationem, sed 15 march. sterl. secundum com. estimationem), Cicestren. dioc., vac. per obitum Rogerii Lindon qui, ad Rom. cur. veniendo, ext. Rom. cur. decessit, licet Robertus Bradway, presbyt. Wygornien. dioc., ipsam detineat occupatam, conferatur. (*A.* 152, f. 324').

Ut s.

2482. — *Johanni de Arfolheria*, priori prioratus de Colomeriis, O. S. B., Bituricen. dioc., prioratus de Nentreyo, O. S. B., Pictaven. dioc., a monast. s. Germani de Pratis prope Parisius, O. S. B., dependens, per assecutionem a Stephano Comborelli prioratus de Perpesaco, O. S. B., Lemovicen. dioc., vacat., consideratione Nicolai, s. Marie in Via lata diac. card., reservatur, cum translatione de monast. b. Marie Burgidolen., Bituricen. dioc., ad prefatum monast. s. Germani, dimisso tamen dicto prioratu de Colomeriis. — *In e.m.* Bituricen. decano, et cantori Pictaven., ac *Johanni de Nuce*, can. Niovicen. [Noviomen. ?] eccl. (*A.* 152, f. 533').

29 jun. 1363 (III kal. jul.)

2483. — Preposito eccl. s. Victoris de Varisio, Mediolanen. dioc., mandatur ut *Thomasio*, nato qd. *Arditi de Pusterla*, can. eccl. Mediolanen., chimiarchatus eccl. Mediolanen. cum annexis (qui officium s. c. existit), per adeptionem bono-

Datum *Avenione*

rum et jurium eccl. Mediolanen. a Guillelmo, archiepisc. Mediolanen., vacat., reservetur, non obst. quod canonicatum et prebendam in dicta eccl. noscatur obtinere, dimissa tamen prepositura eccl. s. Petri de Abiate Guazono, Mediolanen. dioc., prout se sponte obtulit. (*A.* 152, f. 524).

Ut s.

2484. — Preposito eccl. s. Johannis de Castro Seprio, Mediolanen. dioc., mandatur ut *Guillelmo*, nato qd. *Arditi de Pusterla*, custodi eccl. Mediolanen. ac nepoti Guillelmi, archiepisc. Mediolanen., canonicatus et prebenda dicte Mediolanen. eccl., per adeptionem a dicto Guillelmo bonorum et jurium eccl. Mediolanen. vacat., reserventur, dimisso tamen dicto officio custodie (20 fl. a.), prout se sponte obtulit. (*A.* 152, f. 524').

Ut s.

2485. — *Guillelmo de Martigniaco*, can. Bisuntin., canonicatus et prebenda eccl. Bisuntin., vac. per assecutionem ab Audoyno de Atra prepositure eccl. Ahentensis Monasterii, Lemovicen. dioc., conferuntur, non obst. quod canonicatum sub expect. prebende eccl. b. Marie Belnen., Eduen. dioc., noscatur obtinere. — *In e.m.* s. Pauli et s. Vincentii Bisuntin. monast. abbatibus, et decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 152, f. 527).

30 jun. 1363 (II kal. jul.)

2486. — *Egidio*, episc. Sabinen., apost. Sed. legato, conceditur ut canonicatum et prebendam eccl. Aquilegen., per assecutionem ab Ottone Wastiaulz canonicatus cum reservatione prebende eccl. s. Dionysii Leodien. vacat., uni cler. ex familiaribus suis conferre valeat. (*A.* 152, f. 392).

Ut s.

2487. — *Petro Alfonsi de Toleto*, archidiac. de Calatrava in eccl. Toletan., dictus archidiaconatus de Calatrava ac prestimonia et prestimoniales portiones in eadem eccl. et dioc. Toletan., vac. per obitum b. m. Audoyni, episc. Ostien., consideratione Egidii, episc. Sabinen., cujus thesaurarius existit, conferuntur, non obst. quod in Compostellan. quoddam officium, « judicatum de Vellestro » nuncupatum, ac in Toletan. eccl. canonicatum et prebendam, necnon in s. Marie de Villaregali, dicte Toletan. dioc., eccl. quoddam perp. benef. s. c. noscatur obtinere, dimissis tamen canonicatu et prebenda eccl. Compostellan. cum prestimoniis et prestimonialibus portionibus, necnon abbatia s. Leocadri in eadem eccl. Toletan. cum prestimoniis et prestimonialibus portionibus, de qua ab Innocentio PP. VI provisus fuit, licet littere apost. confecte non fuerint, si interim provisus fuerit ; cassa denique provisione ab Urbano PP. V facta de archidiaconatu de Alcaraz in eadem eccl. Toletan. cum prestimoniis et prestimonialibus portionibus in eadem eccl. et dioc. Toletan. — *In e.m.* episcopo Colimbrien., et archidiacono de Regina Compostellan., ac precentori Toletan. eccl. (*A.* 152, f. 439).

Ut s.

2488. — Episcopo Colimbrien. et de Regina Compostellan. ac de Turolio Cesaraugustan. eccl. archidiaconis mandatur ut *Egidio*, episc. Sabinen., prioratus secul. et non collegiate eccl. Darote, Cesaraugustan. dioc., vac. per obitum ext. Rom. cur. Garsie Alvari de Albornoz, conferatur, non obst. quod alia benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.) noscatur obtinere. (*A.* 152, f. 541).

Ut s.

2489. — Officiali Petragoricen. mandatur ut *Sicardo de Calvomonte*, cler. Petragoricen. dioc., canonicatus et prebenda eccl. Petragoricen., per assecutionem ab Henrico de Cunhaco canonicatus et prebende eccl. s. Audomari de Sancto Audomaro, Morinen. dioc., vacat., consideratione Talayrandi, episc. Albanen., reserventur. (*A.* 152, f. 612').

Ut s.

2490. — Decano s. Agricoli Avinionen. et preposito Anicien. eccl. ac officiali Claromonten. mandatur ut *Symoni Vyge*, decano eccl. s. Marie Lessen., Atre-

Datum *Avenione*

baten. dioc., presbyt., licent. in decr., canonicatus et prebenda nunc vac. in Claromonten. eccl., in qua XL canonicatus et prebende existere debent, conferantur, non obst. quod super canonicatu et prebenda eccl. Atrebaten. in Palatio apost. litiget, dimissis tamen in dicta eccl. b. Marie Lessen. decanatu et in eccl. s. Petri Puellarum Aurelianen. canonicatu et prebenda. (*A.* 152, f. 622').

Ut s.

2491. — Cantori eccl. s. Thome Argentinen. mandatur ut *Nicolao Waltheri*, dicto *Buesacker, de Marscal*, presbyt. Argentinen. dioc., parroch. eccl. in Gerlingesdorp, dicte dioc. (15 march. arg.), vac. ex eo quod Hugo dictus Verterkint, cler. Argentinen., ipsa eccl. obtenta, infra annum se non fecit in presbyt. promoveri, conferatur. (*A.* 153, f. 139).

1 (kal.) *jul.* *1363*

2492. — *Willelmo de Provendrule*, perp. capell. in eccl. s. Dyonisii Leodien., perp. capellania in dicta eccl. s. Dyonisii, vac. per assecutionem a mag. Egidio de Bermonbech, vigore gratie benef. ecclesiast. (c. c. 25, s. c. 18 march. arg.) ad collat. episc. Leodien spectantis, canonicatus et prebende prefate eccl. s. Dyonisii, confertur, non obst. quod auctoritate litterarum in f. paup. benef. ecclesiast. s. c. ad collat. abbatis secul. et collegiate eccl. b. Ode Amanien., Leodien. dioc., pertinens expectet. — *In e.m.* s. Jacobi et s. Bartholomei Leodien. monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 152, f. 339).

Ut s.

2493. — Officiali Ilerden. mandatur ut *Laurentio Gazol*, presbyt., perp. beneficiato in eccl. Ilerden., bac. in decr., canonicatus et prepositura seu mensatum, que nec dignitas nec personatus sed simplex officium existit, eccl. Ilerden. (125 fl. a.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Jacobi Thovira (?), apost. Sed. capell., conferantur, dimisso tamen in dicta eccl. quodam benef. perp. s. c. (*A.* 152, f. 392').

3 (V non.) *jul.* *1363*

2494. — Preposito s. Georgii Colonien. et b. Marie ad Gradus Colonien. ac s. Agricoli Avinionen. decanis eccl. mandatur ut *Hugoni de Bours*, can. Colonien., licent. in leg., decanatus eccl. s. Gereonis Colonien. (100 l. t.), vac. per assecutionem a Georgio de Arscheyd prepositure dicte eccl., conferatur, non obst. quod canonicatum et prebendam dicte eccl. Colonien. noscatur obtinere, dimisso tamen personatu eccl. de Anoch, qui simplex officium s. c. existit, Morinen. dioc. (*A.* 152, f. 276').

4 (IV non.) *jul.* *1363*

2495. — Cancellario Tholosan. et *Amelio Cabiroli*, can. Albien. eccl., ac officiali Tholosan. mandatur ut *Bertrando Raffini* juniori, [rect.] eccl. de Clausa, Ruthenen. dioc., bac. in decr., eccl. c. c. de Mirandolio cum suis annexis, Albien. dioc., vac. per assecutionem a Bertrando Raffini seniore eccl. c. c. de Fontanillis, Tholosan. dioc., conferatur, dimissa tamen dicta eccl. de Clausa. (*A.* 153, f. 80').

5 (III non.) *jul.* *1363*

2496. — *Henrico Johannis de Vizilisca*, cler. Tullen. dioc., parroch. eccl. de Wavincuria, Tullen. dioc. (25 l. t.), per assecutionem a Dominico de Wavincuria canonicatus eccl. Tullen. cum reservatione prebende vacat., confertur. — *In e.m.* abbati monast. s. Apri extra muros Tullen., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Tullen. (*A.* 152, f. 430).

Ut s.

2497. — *Roberto de Marton*, perp. beneficiato in eccl. s. Johannis de Bewerlaco, Eboracen. dioc., perp. benef. s. c., « beneficium septimi clerici Belfellirie » nuncupatum, in eccl. s. Johannis de Bewerlaco, Eboracen. dioc. (6 march. sterl.), vac. per resignationem quam in manibus Petri, abbatis monast. s. Michaelis de Clusa, O. S. B., Taurinen. dioc., Nicolaus de Bymyngton fecit, confertur, non obst. quod parroch. eccl. de Tychewell, Norwicen. dioc. (10 march. sterl.),

Datum *Avenione*

noscatur obtinere. — *In e.m.* s. Marie et de Melsa Eboracen. monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 152, f. 590').

Ut s. **2498.** — *Roberto de Pothow,* rect. parroch. eccl. de Aghton, Eboracen. dioc., presbyt., dicta eccl. de Aghton (40 l. sterl.), vac. per resignationem quam in manibus Petri, abbatis s. Michaelis de Clusa, O. S. B., Taurinen. dioc., Hugo de Boltone fecit, confertur. — *In e.m.* abbati monast. de Selby, Eboracen. dioc., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Eboracen. (*A.* 153, f. 135).

6 (II non.) *jul. 1363* **2499.** — *Arnaldo de Castelleto,* can. Barchinonen., canonicatus et prebenda ac decanatus eccl. Majoricen. cum benef. simplicibus, « quartus » nuncupatis, que nullum s. ordinem requirunt et que per alios quam per ipsius eccl. can. prebendatos nequeunt obtineri, per promotionem Anthonii ad eccl. Majoricen. vacat., reservantur, non obst. quod canonicatum et prebendam eccl. Barchinonen. noscatur obtinere, dimissis tamen archidiaconatu Vallen. in eadem eccl., necnon quodam perp. simplici benef. in parroch. eccl. de Bastida, Elnen. dioc. — *In e.m.* episcopo Barchinonen., et abbati monast. de Regali extra muros Majoricen., ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 152, f. 307).

Ut s. **2500.** — *Bertrando Rostangni de Berbentana,* rect. parroch. eccl. Sancti Saturnini, Avinionen. dioc., dicta eccl. Sancti Saturnini — quam primo ipse Bertrandus per Guillelmum Jacobi, presbyt., in manibus b. m. Stephani, archiepisc. Tholosan. ac Sed. apost. camerarii, resignavit, ratione permutationis cum parroch. eccl. de Sabadello, Caturcen. dioc., quam per se e. m. Guillelmus de Castro resignavit ; et que deinde, vac. per assecutionem a Guillelmo de Castro parroch. eccl. de Pruhinis, Ruthenen. dioc., Guillelmo de Castro juniori collata fuit ; et quam demum dictus Guillelmus de Castro junior per Geraldum Raffardi, cler. Sarlaten. dioc., in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. et Sed. apost. camerarii, resignavit, ratione permutationis cum dicta eccl. de Sabadello, quam, possessione nondum habita, dictus Bertrandus per se resignavit — confertur. — *In e.m.* preposito Majoris, et decano s. Agricoli Avinionen., ac *Johanni Artaudi,* can. Mirapicen. eccl. (*A.* 152, f. 364').

Ut s. **2501.** — Abbati monast. s. Salvatoris Camaldulen. et s. Stephani ad Pontem Florentin. ac s. Michaelis Berteldi Florentin. secul. eccl. prioribus mandatur ut *Bernardo,* nato qd. *Cambii de Florentia,* cler. Florentin. dioc., plebania c. c. et collegiate plebis s. Petri in Mercato, Florentin. dioc. (13 fl. a.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Raynerii Naldi, conferatur. (*A.* 152, f. 463'. Cassata de mandato).

Ut s. **2502.** — *Geraldo de Commercio,* sacriste monast. Userchie, O. S. B., Lemovicen. dioc., sacristia dicti monast. Userchie, vac. primo per assecutionem a Bernardo de Sancto Ilario prioratus de Mayrinhaco, O. S. B., Caturcen. dioc., postea per recusationem Ramnulphi de Boeria, mon. monast. s. Martini Lemovicen., cui Innocentius PP. VI dictam sacristiam contulerat, confertur, dimisso tamen prioratu de Spinatosa, Engolismen. dioc. — *In e.m.* abbati monast. s. Martialis Lemovicen., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Lemovicen. (*A.* 152, f. 523).

9 (VII id.) *jul. 1363* **2503.** — *Martino de Neuton,* rect. parroch. eccl. de Kiltygan, Landaven. dioc., dicta eccl. de Kiltygan, vac. per resignationem quam fecit Henricus de Stanton in manibus Petri de Banhaco, prioris prioratus de Togeto, Clun. ord., Lomberien. dioc., ratione permutationis cum dicto Henrico canonicatus et prebende eccl. de Glausne, Exonien. dioc., que dictus Martinus e. m. resignavit,

Datum *Avenione*

confertur. — *In e.m.* de Morgan et [de] Neth, Landaven. dioc., monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 152, f. 248').

Ut s.

2504. — *Henrico de Stanton*, can. eccl. de Glausne, Exonien. dioc., canonicatus et prebenda dicte eccl. de Glausne, vac. per resignationem quam Martinus de Neuton in manibus Petri de Banhaco, prioris prioratus de Togeto, Clun. ord., Lomberien. dioc., fecit, ratione permutationis cum dicto Martino parroch. eccl. de Kiltygan, Landaven. dioc., quam dictus Henricus e. m. resignavit, conferuntur. — *In e.m.* episcopo Landaven., et *Roberto Midlond* ac *Henrico Pyk*, can. eccl. Exonien. (*A.* 152, f. 251').

Ut s.

2505. — *Johanni de Ecclesia*, rect. parroch. eccl. de Solhanellis, Sancti Papuli dioc., dicta eccl. de Solhanellis, vac. per resignationem quam mag. Bernardus Geraldi in manibus Hugonis, s. Marie in Porticu diac. card., fecit, ratione permutationis cum dicto Bernardo parroch. eccl. de Carlipaco, Carcassonen. dioc., quam prefatus Johannes e. m. resignavit, confertur. — *In e.m.* episcopo Riven., et *Bernardo Melioris*, can. Albien., ac officiali Sancti Papuli. (*A.* 152, f. 312).

Ut s.

2506. — *Willelmo Glayne de Podyngton*, perp. vicario parroch. eccl. de Kildewyk, Eboracen. dioc., perp. vicaria dicte eccl. de Kildewyk, vac. per resignationem quam in manibus Petri de Banhaco, prioris prioratus de Togeto, Clun. ord., Lincolnien. [lege : Lomberien.] dioc., Rogerus de Slaitburn fecit, ratione permutationis cum dicto Rogero perp. vicarie parroch. eccl. de Friskenay, Lincolnien. dioc., quam prefatus Willelmus e. m. resignavit, confertur. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et archidiacono Est Riddingie Eboracen. eccl., ac officiali Eboracen. (*A.* 152, f. 322').

Ut s.

2507. — *Petro de Fonte*, rect. parroch. eccl. Sancti Laurentii la Cabrayressa, Narbonen. dioc., dicta eccl. Sancti Laurentii la Cabrayressa, vac. per resignationem quam per Guillelmum Sernih, cler., in manibus Petri de Banhaco, prioris prioratus de Togeto, Clun. ord., Lomberien. dioc., Guillelmus Amarinci fecit, ratione permutationis cum dicto Guillelmo parroch. eccl. de Mayranhio, Ruthenen. dioc., quam prefatus Petrus e. m. per se resignavit, confertur. — *In e.m.* decano eccl. s. Agricoli Avinionen., et *Petro Gaufridi*, can. Narbonen. eccl., ac officiali Narbonen. (*A.* 152, f. 323').

Ut s.

2508. — *Francisco Ferrarii*, presbyt. perp. beneficiato in eccl. s. Pauli Narbonen., perp. benef., « ebdomadaria minor » nuncupatum, in dicta eccl. s. Pauli, vac. per resignationem quam per Honoratum Sesala, rect. parroch. eccl. de Lombay, Valentinen. dioc., in manibus Petri de Banhaco, prioris prioratus de Togeto, Clun. ord., Lomberien. dioc., Petrus Mire fecit, ratione permutationis cum dicto Petro benef. sacerdotalis canonice instituti in altari s. Michaelis sito in eccl. Elnen., quod prefatus Franciscus e. m. per se resignavit, confertur. — *In e.m.* sacriste, et *Petro Stephani*, can. eccl. Narbonen., ac officiali Narbonen. (*A.* 152, f. 329').

Ut s.

2509. — Mag. *Bernardo Geraldi*, rect. parroch. eccl. de Carlipaco, Carcassonen. dioc., scriptori pape, dicta eccl. de Carlipaco, vac. per resignationem quam Johannes de Ecclesia in manibus Hugonis, s. Marie in Porticu diac. card., fecit, ratione permutationis cum dicto Johanni parroch. eccl. in Solhanellis, Sancti Papuli dioc., quam prefatus Bernardus e. m. resignavit, confertur. — *In e.m.* *Bernardo Melioris*, can. Albien., et Avinionen. ac Sancti Papuli officialibus. (*A.* 152, f. 336).

Datum *Avenione*

Ut s.

